cōmunicare. et ſi nō ſacramē
taliter tamē ſpiritualit̄. ſcz ꝑ
fidē deuotōem et charitatez.
Juxta illud Auguſ. Ut q̄d
paras dentē et ventrē ⁊ non
mentē. crede et māducaſti. đ
cōſe. di. ij. vt quid. Patz etiā
ſecundo ex hoc ꝙ ꝑiculoſe er
rant illi qui dicunt. ſufficit ꝙ
ego ante ↄmunionē paſchalē
quadraginta dieb⁹ q̄dragesi
me me reddā habilē ad ↄmu
nionē. nō curādo totū tēpus
anni inutiliter expēdere. imo
credentes ſe dignos tunc ad
ↄmunionē currunt ītrepidi.
quib; tunc melius eſſz ſi q̄ti
die digni exiſtentes accipent
ſp̄ualiter ſiue mētaliter ⁊ vti
liter. q̄ȝ ſemel in anno ſacram̄
taliter et dānabiliter. Unde
Chriſo. ſuper epiſtola ad he
breos. ſermōe. xvij. circa me
diū omnes p̄dictos tāgit di
cens. Quos magis accepta/
mus. id ē approbam⁹. an eoſ
qui ſemel in anno. an eos q̄
ſepius: an illos q̄ raro accipi
unt? Et reſpōdet. Nec illoſ
qui ſemel. neq; illos q̄ ſepius:
neq; illos qui raro. ſed eos q̄
cum munda ↄſcientia. ⁊ q̄ cū
mundo corde. q̄ cum vita ir/
rep̄henſibili iſti ſp̄ accedunt.
Qui ꝟo tales nō ſunt neq; ſe
mel accedant. q̄r iudiciū ſibi
accipiūt ⁊ dānatōnez. et ſup

pliciū. H^c chriſ. Ad h̄ ſonat illud de ↄſe. di. ij. Accipe q̄ti-die. vbi dr̄. Qui nō meret̄ q̄ti die accipe nō meret̄ poſt ānū accipe. Et eſt dictū Auguſti ni tractās illud Mat. vi. Pa nem noſtꝝ quotidianum ꝛc̄.

Septimo caueat ↄmuni cand^9 ne poſt cōmunionē ci-bis lubricis aut potib^9 q̄ poſ ſunt vomitū ꝓuocare vtatur. ſic̄ ſolet fieri in paſca. vbi tūc vtūtur lardo cocto infrigida to. ouis infrigidatis ꝛ aliȷ̄ſ ci bis ex quibus ſequit̄ freq̄nt̄ vomitus. Tales autem q̄ ex hmōi cauſis die ſacre ↄmuni onis habent vomitū. ex ipō rum culpa qualicūq3: p enitē tia dura ſūt puniendi. Et ne ſacerdos talē qualē voluerit penitētiā ꝓ tali pctō iniūgat audiat pniam diſtrictā diu ꝑ ſctōs taxatā ꝛ a iure appro-batā. Sicut enī dicit Beda in ſuo penitētionali. et ponūt̄ verba in decreto. de ↄſe. di. ij. vbi dicit̄. Si q̄s ꝑ ebetatem vl̄ voracitatē euchariſtiā euo muerit. xl. dies peniteat. Cle rici vl̄ monachi. lxx. diebus. Epi. xc. Si vo ꝑ infirmitatiſ cauſam euomuerit ſeptē die-bus peniteat. Et h̄ q̄d dr̄ de infirmo cui iniungit̄ peniten tia ꝓ vomitu. intelligendū ē q̄ hoc fit ad cautelā. q2 cū eſ ſet infirm^9 nō debuit ſumere. ꝛ ita fuit i culpa. Vñ et ſacer dos ſit circa h̄ cautus q̄ ſi vi derit infirmū talē ad vomitū ꝓnū ſiue ꝓmptū: tm̄ oñdat ſi bi corpus xp̄i. et ſuadeat ſibi pie credendū ꝛ ſentiēdū d̄ ip ſo. ꝛ ſufficit ſibi ꝓ ↄmūiōe ſa cramētali. Quia nihilomin^9 ↄmunicat ip̄e ſpūaliter et ſi ñ ſacramentaliter ſi eſt ſine pec cato mortali.

De cautel̄ ſeruādis ex par te ſacerdotis h̄ ſacramētū cō ferentis vl̄ conficiētis.

Prio ſacer dos caueat ne ↄmūi-cet alienū parochia-num abſq3 licentia ſui pleba ni. quia grauiter peccarꝫ mit tendo falceꝫ i meſſem alienā. Religioſus tamē hoc faciēs eſt excōmunicatus de facto. ꝛ per ſolū papam eſt abſoluē dus. vt dicitur in. c. Religio-ſi. de ꝑuilegijs. in clementina

Et nota q̄ pleban^9 ↄmu-nicās alienū parochianū nō īcurrit hanc penā excōicatō nis. vt dic̄ Johānes andree in gloſa dicti. c. Et Stepha nus polon^9 hoc idem ſentit

Si tamẽ religioſus ꝑfectus eccl'ie parochiali hoc faceret dubitat ibidẽ Jo͡hes andree an incideret illam penã. videtur tñ dicere ꝙ ſic.i.c.p̄mo ꝺ̄ decimis.in p̄ma glo.in clemẽtina.et in.c.i.de rebus eccl'ie nõ alienãdis.in gloſa.v.in fine.penam ꝯſilem nõ extendit ad religioſum qui p̄eſt eccl'ie ſeculari vt clericus ſecularis.

Secunda cautela: caueat ſacerdos ne peccatorẽ occul/tũ ab hoc ſacramento publi/ce petentẽ cõmunionẽ abijciat vel ꝓhibeat.ſicut q̄dã indiſcreti feciſſe inuẽti ſunt. Vñ dicit Auguſtin⁹. Nõ ꝓhibeat diſpenſator.i.ſacerdos pingues terre.i. pctõres menſaꝫ dñi manducare.ſed exactorẽ moneat timere.de ꝯſe.diſt.ij. Non ꝓhibeat. Pro q̄ ſciẽdũ ꝙ ſm Thomã in.iiij.ſen/tentiaꝝ.di.ix.q.v.Si pctm̄ eſt occultũ ꝑ confeſſorẽ ſoluꝫ ſcitũ.et ille ĩ occulto petit.debet ei denegare.et monere euꝫ in occulto ne petat ĩ publico. Si autẽ nihilomin⁹ petit in manifeſto debꝫ ei dare. exemplo chriſti qui iude traditori dedit corpus ſuũ.i.q.i.Chriſtus.de ꝯſe.di.ij.Sic iudas. Si ṽo pctm̄ ẽ manifeſtũ tñc ſiue in occulto ſiue in manifeſto petat dꝫ ei denegari Quare autẽ pctõri in occulto non ẽ denegãda euchariſtia Guido de baẏ.in roſario decretorũ in dicto capitulo Nõ ꝓhibeat.dicit ꝙ hoc eſt ideo ne ꝓdat pctõrẽ ſuſpectũ eſſe ꝺ̄ crimine.qꝺ̄ faceret ſi euꝫ ꝓhiberet. Sed diceres.videt̃ in h̄ ſacerdos eſſe reus dãnatõis ſic ꝯmunicantis.q2 dat medicinaꝫ ꝑ quã moritur egrot⁹. ⁊ dat gladiũ furioſo q̄ ſe trãſ/uerberat. ĩmo videt̃ talis ſa/cerdos ꝓijcere ĩ lutũ peſſimũ ꝯſcientie immũde illi⁹ peccatoris corpus chriſti. Reſpondeo ꝙ hec oĩa nõ debẽt aliquẽ mouere in contrariũ. q2 nihil concludũt. Iſte autẽ ſacerdos nõ dat medicinã mortiferam illi peccatori. ſed ille peccator ſolus rapit violẽter a quo nõ poteſt prohiberi de iure per ſacerdoteꝫ. Nec dat ei gladiũ ſacerdos. ſꝫ ipſe ſolus violenter rapit cui ſacer/dos reſiſtere nõ poteſt. ex quo ſibi ius prohibuit. Nec proijcit corpus chriſti in hoc caſu in lutũ. ſꝫ ille peccator hoc facit. Sacerdos autem inuitus hoc facit: et cum dolore maximo. quia monet eum in

ſecreto deū timere. qđ cū fece
rit nō habʒ amplꝰ q̇d faciat
Sicut de btō gregorio legi
tur. ꝙ cū fratri petēti peccato
ri occulto eucharistiam dedit
publice dixit. Judicet deꝰ in
ter me et te. Eligat ḡ pctōr oc
cultus ſm̄ conſiliū guidoniſ
ſupradicti. vt potiꝰ ſe ꝑdat
ſuſpectū de peccato abſtinen
do a ꝯmunione q̄ʒ in pctō ſu
mat indigne. Tercia cau-
tela eſt ne ſacerdos det alicui
hoſtiā nō ꝯſecratā loco conſe
crate. quia ſm̄ Thomā in ſa
cramento veritatis nō debet
eſſe fictio aliqua. Et hoc ido
quia manducās hoſtiā ado-
rat eam. et ſic ꝯmitteret idola
tria. quod crimē in ſacerdotē
retorqueret q̇ daret actus et
cauſam idolatrādi. ſm̄ Tho
mā in ſuo qđlibeto. li. vi. q. vi
Nec etiā ſolus ſumat in miſ
ſa ꝓpter quodcūq̄ʒ peccatū ſi
bi occurrēs hoſtiā nō ꝯſecra
tam. Sicut de quodā intelle
xi. qui ſentiēs ſe grauibꝫ pec
catis fornicationū irretitū ꝑ
ſertim cū nocte illa habuiſſet
ꝯcubinā. timēs offendere di-
uinam maieſtatē. in miſſa eo
dē die ꝑ ipm̄ celebrata. ad q̄m
nō confeſſus pudore ſociorū
alioꝝ ne de eo illud ſciret cō-
fuſus acceſſit. ⁊ hoſtiā nō cō
ſecratā eleuauit populo ado
randā. quā ſolꝰ poſtea ſūpſit.
quod ſe ſepiſſime facere aſſe
ruit corā ꝯcubina ꝑdicta. cū
ꝑ eaʒ ipa retenta irreuerētior
ſicuti ad qđ ita indignus ac-
cederet fuiſſet repħēſuſ. Hoc
aūtē ē maximū peccatū ⁊ ma
ius illo q̄ q̇s in peccato mor-
tali ꝯmunicat. Sicut dic̄ de
cretalis de celebratōe miſſa-
rū. de homine. vbi dicit̄ ꝙ ta
lis illudit đo et populo. qr fa
cit populū idolatrare. Faci-
at autē talis ſacerdos iuxta
conſiliū iuris. l. diſt. De his.
in fine vltime gloſe. vbi dicit̄
ꝙ talis dūmodo ſit contrituſ
q̄uis nō cōfeſſus: neceſſitate
vrgēte poteſt licite celebrare.
et in tali caſu nō fingat ſe cele
brare. ſed veraciter in nomine
domini cōſecret. et hoc eſt di
gnum. Quarta cautela. ca
ueat ſacerdos ne det corpus
chriſti hiſtrionibꝫ ⁊ aliis qui
homines prouocāt ad luxu-
riam vel laſciuiā et diſſolutō
nem. quia hoc nec diuīe ma-
ieſtati nec euangelice diſcipli
ne competit. de conſecra. diſt.
ij. pro dilectōne. Et hoc itel
lige de iſtis hiſtrionibuſ qui
vtuntur verbis impudicꝭ vel

factis illicitis. vł adhibēt lu
dum negocijs. ſic illi q̄ indu/
unt laruas ⁊ fingūt ſe ceruoſ
vel equos induētes ſaccoſ. ⁊
q̄ h̄ faciūt tꝑib⁹ indebitis. ſi
cut dieb⁹ feſtiuis diſtrahētes
populū a deuotōe. Alias au
tē illis poteſt dari cōmunio.
qui licite ⁊ ornate interdū co
ram hominibus faciūt iocoſaʒ
collationē verbis honeſtis ⁊
nō ſcādaloſiſ. Nā ioculatores
audire cā r̄creatōiſ nō ē pctm̄
mortale. lxxxvi. di. donare. ī
prima glo. Nam ⁊ talib⁹ pōt
dari aliquid ꝑ mercede. ſm
Tho. ſcd̄a ſcd̄e. q. lxviij. arti.
iiij. Similit̄ amentib⁹ ⁊ fatu/
is naturaliter non debʒ dari.
Si autē om̄ino non ſunt de
biles in mente. ſed aliquo mō
ſunt dociles. ⁊ habēt reuerē
tiā ad ſacramentū: nō debet
eis denegari. Similit̄ pueri
qui nō habent diſcretōem n̄
debet hoc ſacramentū porri/
gi Quinta cautela. caueat
ſacerdos ne habeat euapora
tam aut corruptā hoſtiā Un
de notant doctores: ꝙ vltra
vnam ſeptimanā ſeu hebdo
madā ſacerdos n̄ debet ſerua
re hoſtiā ne putreſcat. vt ha/
betur de ſentē. excō. vt ꝓmit
timus. ſuꝑ glo. ꝓma. Simili

ter ne ſit vinū acetoſum. qr ī
talib⁹ nihil cōficeret. Si ta/
men hoſtia nondū totalit̄ eſſʒ
euaporata ſed tēderet ad cor
ruptionē. ſi vinū etiā incipet
aceteſcere. pōt q̄dem ꝯfici ſʒ
peccat conficiēs mortalit̄ ꝓ/
pter reuerentiā ſacramenti.
Similiter ne conficiat ī vi/
no agreſto. ſcʒ nōdū maturo.
quia nondū eſt vinū ſed ī via
generatōis. In muſto tn̄ cō/
ficitur bene. quia habʒ plenā
rationē vini. tamē nō eſt ꝯfi/
ciēdū de multū recēti muſto.
ꝓpter impuritatē ipius. ſm
Tho. in. iiij. diſt. xi. c. iij. ar. i.
ij. et. iij. Uideat etiā ſacerdoſ
ꝙ apponat tantū de aqua ꝙ
totaliter poteſt ꝯuerti ī vinū
Sexta cautela. caueat ſa/
cerdos ne cū ē debilis: ita ꝙ
non poteſt ꝑficere miſſam au
deat celebrare. ſicut cōtingit
patientib⁹ tercianā febrez et
quartanā. vel quos interduʒ
dimiſit febris q̄ vt ſepi⁹ defi
ciunt in celebrando. ita ꝙ vix
ab altari domū languētes de/
portāt̄. Uerūtamē licʒ ſic de
bilis nō p̄t celebrare. p̄t tn̄ ſe/
ipm̄ ꝯmūicare ſi nō hʒ aliuʒ
ſacerdotē q̄ ipm̄ ꝯmūicarʒ. ſʒ
tūc debet habere ſtolā. xxiij.
diſt. Eccl'iaſtica. in glo. ꝓma

mēti. ſcḋm gloſam finalē.c.ſi ꝑ negligentiā.de cōſe.diſ.ij. hꝰ Hugo Nono caueat ne corpus chriſti ponat incaute.ita ꝙ a muribus ꝯmedat̄. Quia de hoc quadragita diebꝰ debet penitere.de cōſe.di.ij.qui non bene Sed diceres. tn̄ ibi mus nō ꝯmedit corpꝰ xp̄i quare ergo ſacerdos ſic tunc punit̄. Reſpondeo.licȝ multi doctores nō ꝯcedant ibi rodi corpꝰ chriſti:ſed ſolū ſpēm ſacramenti.eo ꝙ vt dicunt ꝙ̄ cito ſumit̄ a mure vl' ab alio animali deſinit eſſe ſacramentū.non eſt tamē incōueniens ſi dicat̄ ꝙ mus ſumat corpuſ chriſti.cū ſceleratiſſimi hoīeſ illud ſumant.ſcḋm glo.de cōſe. diſt.ij. Qui nō bene. Pōt tamen dici ꝙ licȝ homo malus ſumat ſacramentū iſtud ſacramētaliter ⁊ nō ſpiritualiter. mus tamē vel brutū animal nec ſpiritualiter nec ſacramētaliter recipit.quia nō vtit̄ eo vt ſacramento.eo ꝙ nō credit ibi eſſe deum et hominē. ſȝ ſumit per modū alterius cuiuſ cunqȝ cibi.⁊ ita ſumit bene accidentia et ſpecies ſacramentales.ſed nō ſacramentū.imo dicuut doctores:vt notatur in glo.dicti capituli. Nō iſti. de cōſe.diſt.ij. ꝙ etiā in bono homine ꝙ̄diu ſentiunt̄ ſpecies.tādiu eſt ibi corpꝰ chriſti. ⁊ ꝙ̄cito deglutit̄ ſtatim deſinit eſſe ſacramentū.⁊ corpus chriſti deſinit eſſe in ſumente Ita ſentit Hugo cardinal'. Sed hugo de ſctō vic. vt recitat archid.in ca.p̄dicto Nō iſti .dicit ꝙ ꝙ̄diu ibi manent ſpecies ſub illis ē chriſtꝰ integer.vn̄ ſi ītrāt ſtomachū ſub illiſ manet ꝙ̄diu ſint ibi ſicut ſub ipa ſpecie eſt ī pixide. Et verꝫ eſt ſcḋm Petrū de tha. ꝙ nō vadit in corpꝰ noſtrꝫ: vt illud nutriat ſicut ceteri cibi .ītrat tamen ⁊ eſt ibi ſub ſpecie ſacramētali ꝙ̄diu illa durat ſcḋm Petrū .et hoc etiā tenent theologi. Dicit etiā glo .ḋ cōſe.di.ij. Tanta. ſuꝑ v̄bo ꝯmiſceri. ꝙ ſpecies ille nec cibis aliis cōmiſcent̄ .nec in ſtomachū deſcendūt.⁊ ꝓpt̄ hoc neqȝ ꝑ ſeceſſum emittunt̄. Et licet aliqͥs ex ipis reficiat̄ .non tn̄ incorꝑant̄. nec ī ſtomachū deſcendūt.nec ꝑ ſeceſſuȝ emittūt̄. Interdū tn̄ etiā hō odore recreat̄.q̄ tn̄ nec ꝑ ſeceſſum nec in ſtomachū dirigit̄. Tamen Bartholomeus brixiēſis ibidem dicit .ꝙ bn̄ dicere p̄t ꝙ in ſtomachuȝ deſcendāt

nā al's quō euomerent. Vñ ergo dicit Aug⁹. Nō iſte eſt panis q̄ trāſit in vētrē. expo-nit archi. in. c. Si q̄s p̱ ebrie tatē. de ꝯſe. di. ij. q̄ h̄ p̱ tanto dr̄ q̄ nō eſt iſte panis q̄ vadit in corp⁹ ſicut cib⁹ naturalis. ſic q̄ nutriat. ſ; eſt ibi ſub ſpe cie ſacramētali. Et p̱ tāto pu nitur ſacerdos. q̄r p̱miſit irre uerēter a muribꝫ ꝯtractari ſa cramētū tam venerabile

De ſacramēto penitentie.

Penitentiā agite: appropinqua-bit enī regnū celorū. Matth. iij. ꝛ. iiij. Et de peni. di. i. Ex his. Quia reſtituta ī baptiſmo innocētia hō fra gilis illeſam ꝛ incōtamiataꝫ ꝯtinue ſuare nō p̄t vitā q̄n ſe pi⁹ cadat. iō diuia maieſtas ꝯ caſum hmōi p̱ reſtauratōe in nocentie p̄dicte de ſacramēto penitētie p̱uidit. p̱ quā hō a deo p̱ pctm̄ elongat⁹ ad ip̄m appropinquat. Hinc ē q̄ ſal uator veniens in mūdū qua ſi bonus medic⁹ egrotis ꝯſu lens dicit. Pn̄iaꝫ agite. Agi te inq̄ ſm̄ Horrā ſup̱ matth. tanq̄ medicinā ad ſananduꝫ morbū. q̄ſi armaturā ad ini-endū bellū. q̄ſi clauē ad reſerā dū celū. Tria ei ꝯſeq̄t pn̄ie actor. ſ. ſanatōeꝫ vulnerꝫ cor-dis. armatōem inſidiarꝫ ho-ſtis. et aptōem regni celeſtis. Vñ dicit. appropinq̄bit enī vobis regnū celorꝫ. Diffinit aūt ſic ſm̄ mgr̄m ſn̄iarꝫ. li. iiij di. xiiij. Pn̄ia ē virt⁹ q̄ ꝯmiſ-ſa mala plangim⁹ cū ēmēdati onis p̱poſito. Amb. autē ſic diffinit penitētiā. Pn̄ia ē vir tus cordis. amaritudo aīe p̱ malis q̄ q̄s ꝯmiſit. Alibi etiā idem Ambro. dicit. Pn̄ia eſt mala p̄terita plangere. ꝛ plā-genda iterum nō cōmittere.

Circa qđ ſciendū q̄ duplex eſt pn̄ia. ſ. interior tm̄. ꝛ ē do-lor p̱ pctō. Et hoc eſt de iure nature. Alia exterior q̄ ſit ar-bitrio hoīs. ſ. impoſita p̱ ſa-cerdotē. Pn̄ia nō eſt ſacr̄m p̱ prie ſed ſecūda. ſ. p̱ miniſtros eccleſie impoſita. Eſt autem materia hui⁹ ſacr̄i act⁹ mini-ſtri. ſ. ſacerdotis quē exercet circa peccatorē abſoluēdo ip ſum. Forma autem iſtius ſa cramēti licꝫ a xp̄o n̄ ſit iſtitu-ta certa. tn̄ ſm̄ doctores ē hᶜ q̄ primo premittat orō. ſ. il-la. Dominus te abſoluat vel miſereat tui om̄ipotens de⁹. et dimittat tibi oīa pctā tua. ꝛ p̱ducat te ī vitā eternā. Et

In hoc tamē caſu ſi ſacerdoſ īcipiēs miſſam debilitatur ītantū ꝙ non poſſit eā pfice re ſi eſt ante conſecratōē cor poris chriſti: vel ante cōſecra tōem ſanguiſ. vel etiā ſangui ne cōſecrato debet reliq parſ miſſe ſuppleri per aliū. vt pꝫ vij. q. i. nihil. Et hoc idem te net tho. i. iiij. pte. q. lxxiij. Si autē ſacerdos poſt conſecrati onē corpis chriſti ante tñ cō ſecrationē ſanguinis pcipiat vinū aut aquā deeſſe ī calice: tūc debet ſtatim apponere et ꝯſecrare. Si ꝟo poſt oīa ꝯſe cratiōis ꝟba pcipit ꝙ aq̄ de ſit debꝫ nihilominꝰ pcedere. qꝛ appoſitio aq̄ nō ē de neceſ ſitate ſacramēti. Alio aūt mō aq̄ debet vino iā ꝯſecrato mi ſceri. Si aūt poſt ipaꝫ ꝯſecra tionē ſanguis pcipit ꝙ vinū nō fuit appoſitū in calicē ſed solū aq̄ ſi h pcipit añ ſumptō nem corpis chriſti. dꝫ depoſi ta aq̄ ſi ibi fuerit aquā cū vi no ponere et reſumere a ꝟbis ꝯſecratōnis ſanguis. Si ꝟo hoc pcipit poſt ſumptōnem corpis chriſti. debet appone re aliā hoſtiā cū ſanguie cōſe crandā: ꝛ in fine ſumere hoſti am iteꝝ ꝯſecratā ꝛ ſāguinē. ñ obſtāte ſi pꝰ etiā ſūpſit aquā q̄ erat ī calice. qꝛ pceptū de p fectōe ſacramēti maioris eſt pōderis ꝙ̄ pceptū ꝙ h ſacra mentū a ieiunis ſumatur ſm Thomā. Alijs tñ videt ꝙ ſo lū debꝫ apponere vinū in ca licē ꝛ aquaꝫ ſine noua hoſtia ꝛ repetere verba ꝯſecratōnis calicis tm̄ ab illo loco. Simi li modo. Et ſi timet plonga tionē miſſe. ſufficit dicere ver ba eſſentialia ꝯſecratōis cali cis. Nec ē neceſſe rpetere orō nes ſeq̄ntes. Et h totū intelli gūt ipi. ſi guſtauit tm̄ ꝛ ñ trāſ glutiuit. Quid aūt faciat ſi habeat aq̄m ī ore. ꝛ ꝟe ſentit ꝙ eſt aq̄ tm̄. dic̄ Innoc̄. ꝙ nō dꝫ eā emittere. qꝛ ppt corpuſ chriſti qd ē in ea cauēdū ē ne vilit tractaret. Et qꝛ ē timen dū ne generaret ſcādalū hiſ q̄ viderēt. dicit etiā ipe Inno. Si eam trāſglutit nō eſt ieiu nus: nec debꝫ poſtea ꝯficere. vij. q. i. nihil. Hoſtie. ꝟo dic̄. ꝙ dꝫ eā ſeruare ꝛ ponere ī ſa crario. ꝛ ſm h dꝫ ſe fingere eā trāſglutire. ꝛ h iō. qꝛ alias tā ꝙ̄ nō ieiunus nō debet ꝯfice re. Ego tñ teneo cū thoma ꝙ poſt ꝯſecratōnē iſtiꝰ aque poſ ſet in hoc caſu ꝯſecrari corpꝰ chriſti et ſumi ne ſacrificium maneat ipfectū. qd ē grauiuſ

peccatū. Itē ſi ꝑcipit hoſtiaꝫ corruptā poſt ſumptionē de bet aliā accipe et iteꝝ cōſecra re et ſumere. ſm Tho. in. iij. pte. q. lxxxiij. ar. vl. Similit ſi rcordaret ſe omiſiſſe aliqua ꝟba que ſunt d neceſſitate forme. reſumat formā iteꝝ ꝑ ordinem. Si autē eſſent verba nō de neceſſitate forme procedat ne turbet ordinem officij diuini. ſm Tho. in. iij. pte. q. lxxxiij. ar. vl. Septīa cautela caueat ſacerdos ne aliq̄d de corpe chriſti vl' ſanguīe ī terrā vl' in veſtē ornat⁹ ſui cadere aut ſtillare ꝑmittat. qꝛ g̃uiter puniret. Nā ſi ceciderit aliquid ſup tabulā ligneā. lingua lambatur et tabula radatur. Si autē nō eſt tabula loc⁹ radatur et ↄburat. et cinis in ſacrario recondat. ⁊ ſacerdos quadraginta dieb⁹ peniteat. Si vero ſup lapidē altaris ceciderit. ſorbeat ſacerdoſ ſtillam: ⁊ trib⁹ diebus peniteat. Si ꝟo ſup lintheū altariſ vel ſup caſulā ſacerdotis ceciderit ſi ꝑuenerit ſtilla ad aliud lintheū q̄ttuor dieb⁹ peniteat. Si ꝟo ꝑuenerit ad tercium nouem diebus peniteat. Si vſq₃ ad q̄rtū. xx. diebus peniteat et lauet lintheamīa trib⁹ vicib⁹ que ſtilla tetigerit ſuppoſito calice. ⁊ aqua ablutōis iuxta altare ↄdat. de cōſe. di. ij. Si per negligentiaꝫ. Poſſet etiā ſumi a ſacerdote niſi timeret abomīatio. Cautius tamē eſt illā ꝑtē lintheaminis vel corporalis excidere ⁊ ↄburere. cinerē aūt ponere in ſacrario. ſm Tho. in. iiij di. xiij. ⁊ in. iij. pte. q. lxxxiij. ar. vlt. Habent hec oīa de cōſe. di. ij. Si per negligentiaꝫ.

Octaua cautela. caueat ſacerdos ne aliq̄d cadat in calicē. ⁊ maxime in eſtate vt eſt ꝟmis. aranea. muſca. fim⁹ paſſeris. puluis: ⁊ ſimilia. Qd ſi ante ↄſecratōnē calicis contigerit. calix debꝫ ablui ⁊ d nouo vinū infundi cum aqua. Si vero poſt cōſecratōeꝫ debet caute capi ⁊ diligenter lauari et cōburi. ⁊ ablutio in ſacrario mitti. Et ſi venenū ibi eſſe depʒhenderit nllo mō ſumere debet nec alteri dare. ne calix vite ī mortē ꝟtat. ſꝫ dꝫ diligēter ſuari ī vaſculo. Et ne ſacramentū maneat impfectū dꝫ īde deponi. ⁊ ſacerdos denuo incipe ↄſecratōeꝫ calicis vt ſacramētū perficiatur. Nihil enī abomīabile debet ſumi occaſione huius ſacra-

tũc ſequat̃ forma eſſential'.ſ.
Et ego auctoritate q̃ fungor
abſoluo te a pctĩs tuis. In
noĩe pr̃is et filij et ſpũſſancti
Ita ponit Albtus in ſcripto
q̃rti ſniaꝝ.di.xvij. Dicit aũt
Tho.i.iij.pte q.lxxxiiij.arti.
iij.ꝙ de ſubſtantia forme eſt.
Ego te abſoluo.ſed ħ qđ pre
mittit̃.ſ.oratio nõ eſt de ſub/
ſtãtia forme.ſed tm̃ ne ſacra/
menti effect⁹ impediat̃ ex ꝑ/
te penitẽtis. Fit aũt manus
impoſitio ſuꝑ caput ꝯfitẽtiſ.
qđ nõ eſt de eẽntia.ſm Tho.
q: ħ ſacramẽtũ nõ ordiat̃ ad
aliquã excellẽtiam gr̃e ꝯſeq̃n
dã ſ; ad remiſſionẽ pctõꝝ.
Vñ magis ĩ ħ ſacramẽto cõ
peteret ſignũ crucis q̃ȝ man⁹
impoſitio.ĩ ſignũ ꝙ ꝑ ſangui
nẽ chriſti remittunt̃ pctã.nõ
tñ eſt de neceſſitate ſacramẽti
Hoc tñ quod dicit ſacerdoſ
Ego te abſoluo. valet tantũ
id ẽ ſacr̃m abſolutõis tibi cõ
mitto. Sicut cũ q̃rit̃ ab aliq̃
baptizãdo. credis ĩ deum.re
ſpondet credo.qđ valet tm̃ ſi
cut ſacr̃m fidei ꝯmittere vo/
lo ſm doctorẽ pariſiẽſem.di.
xiiij.q.iij.Plures tñ docti ſic
abſoluũt.Autoritate dñi nr̃i
ieſu chriſti.⁊ autoritate btõꝝ
petri et pauli:⁊ autoritate mi
hi in hac pte ꝯceſſa ab oĩbus
pctĩs tuis.ꝑ te deo ⁊ mihi cõ
feſſis ego te abſoluo In no/
mine pr̃is ⁊ filij et ſpũſſancti.
Et iſta forma mihi mag̃ pla
cet.Tñ ex q̃ certa forma nõ ẽ
ab eccleſia p̃ſcripta in ħ ſacra
mento eligat ſibi quis quam
vult ex iſtis. Unde ex ħ põt
patere ꝙ cũ iſtud ſacramẽtuȝ
nõ hȝ certã formã a xp̃o inſti
tutã vel ꝑ eccl'iam p̃ſcriptã.
videt̃ ꝯſonũ ꝙ illi q̃ abſolue/
bant ꝑ virtutẽ paſſionis dñi
nr̃i ieſu chriſti:vel alit̃.ñ ſint
dãnandi tã q̃ȝ erronei. imo vi
detur ꝙ p̃dicta forma abſolu
tõis ꝑ doctores inuẽta ⁊ ap/
probata ſit ſuſtinẽda.nec op⁹
fuit repetere ꝯfeſſiões talib⁹
factas.q: ĩ nullo ꝯ̃ determiatõ
nẽ eccl'ie venerũt p̃dicti. n̄ cã
inducẽdi errorẽ ꝑ illã formã:
ſed tanq̃ȝ pie ſeruatã eadẽ vſi
ſunt Ulteri⁹ ſciẽdũ ꝙ tres
ſunt ſpẽs pnĩe. quedã ẽ ſolẽ/
niſ.q̃dã publica.q̃dã priuata
ſeu ſecreta.Solẽnis pnĩa eſt
q̃ imponit̃ ab ep̃o ĩ capite ie
iunij.ꝑ crimine publico ⁊ ma
nifeſto.ſicut ꝑ homicidio: in
cẽdio ⁊ ſacrilegio ⁊c̃. Et taliſ
ñ p̃t reiterari ne vileſcat.nec ĩ
ponit̃ clerico niſi dpoſito Et
agẽs talẽ pnĩaȝ de cetero nõ

poteſt ꝓmoueri ad ſacros ordines. Forma aũt imponẽdi eam ponit᷑.l.di. in capite. vbi dicit᷑ ꝙ oẽs penitẽtes ꝗ talez penitẽtiã publicã ſuſcipiunt pſentent ſe epo in capite quadrageſime añ fores eccl'ie nudis pedibꝫ: vultibꝫ in terram demiſſis ꝛc. Ibi debẽt adeſſe decani: archipſbiteri. parochiani: et pſbiteri penitentiũ ꝗ debent iniũgere talibꝫ penitentias. Poſt hoc eos i eccleſiam introducãt. et cum omni clero ſeptẽ pſalmos penitẽtionales ĩpis in terrã ꝓſtrati[illegible] cũ lachrymis ꝓ eoꝝ abſolutõne decantent. poſtea ſurgẽs ab oratõe. manus eis imponat. aquã benedictã ſup eos aſpgat. cinerẽ tñ prius immittat. Deinde cilicio capita eoꝝ cooperiat. Poſt hoc p miſtros eccleſie de eccleſia eos expellat cũ reſpõſorio. In ſudore vultus tui. Iſte tamẽ modus nõ ſeruatur apud nos. ſꝫ trãſlatus eſt in cenam domini. et ibi expeditur Sciendũ tñ ſm wilhelmũ ꝙ ingreſſus eccleſie qui iniũgitur ſolẽniter penitentibꝫ pẽdet ex arbitrio ſacerdotis. tamẽ poſtꝗ̃ introducunt᷑ tales in eccleſiã p epiſcopũ feria quinta magna ſolum intrabũt eccleſiã vſqꝫ ad octauã paſce. ꝛ poſtea exibũt p totũ annũ. vt dicit glo. l. di. In capite. Et erunt extra eccleſiã vſqꝫ ad eãdẽ feriã ſeqñtis anni. nec ꝯmunicabũt aliqñ vſqꝫ ad mortẽ. Quãdoqꝫ tamẽ minus ſm arbitriũ epi. xij. q. ij. ꝺ viro. xxxiij. q. ij. admonere. xxvi. q. vi. Si quis de corpore. ꝛ de penitẽtia. di. v. Si qui vero. Si tamẽ penitet poteſt ei ſecundo vl' tercio anno reddi ĩgreſſus eccleſie. vt patet. xij. q. ij. de viro.

Penitentia publica ẽ que fit in publico. non tamen cũ predicta ſolẽnitate. vt cum iniungitur alicui peregrinatio per mundũ cum baculo cubitali et cum ſcapulari: et cum huiuſmodi. Et hanc poteſt imponere quilibet ſuo parochiano. Et fit publice ideo: vt publicum peccatũ publicam habeat medicinam. Sicut ſi quis in fornicatõne eſſet deprehenſus publice. vnde quia talis eſt magna confuſione dignus. propter aliorum ſcandalum. Et vt ſit alijs in terrorem et in exemplum penitendi. et non deſperandi publice agat penitentiam. Non oportet autez

ꝑ quolibꝫ manifeſto peccato manifeſtā agere penitētiam. ſm Albtū. ſꝫ ſolū qn̄ ſcādaliſauit alios. Et h̄ ē cōtra mł tos qui iniūgūt ſuis parochianis publicā pnīaꝫ an̄ fores eccl'ie. vel in circūitu cimiterij ambulare ante ꝓceſſionē ī die feſtiuo. vł iacere ad facieꝫ īfra oſtiū eccl'ie pro leui pctō. ſicut ꝓ vna potatōe vł ꝑ alio pctō. qđ tn̄ n̄ ſcādalizauit totam eccl'iam. Et iſti ꝓcludūt viam penitēdi ſeu ꝯfitēdi aliis ſil'ibus pctis inuolutis ne ſimilit' cōfundant'. Penitētia autē priuata ſeu ſecreta ē quā quis imponit ꝓ pctō occl'to. Ut autē ordinate ꝓcedamuſ circa hmōi penitētiaſ tā publicas ꝗ ꝓuataſ tria ꝯſiderari oꝑtet circa iſtđ ſacr'm. Habꝫ enī penitētia tres ꝑtes. ſ. ꝯtritōem ꝯfeſſionē ⁊ ſatiſfactōeꝫ

De contritiōe que eſt ꝑma pars penitentie

Contritō eſt dolor ꝓ peccatis volūtarie aſſūptus. cū ꝓpoſito ꝯfitendi et ſatiſfaciendi. Circa qđ ſciendū ꝙ dolor eſt duplex. vnꝰ ē volūtatis q̄ non ē aliud niſi peccati diſplicētia. ⁊ iſte ē de neceſſitate ⁊ eſſentia ꝯtritōiſ. Alius eſt dolor ſenſibil' q̄ apparet ī lachrymis ⁊ ſuſpirijſ. ⁊ iſte nō ē de eēntia ꝯtritiōis. ſed de ꝑfectiōe. qꝛ nō ē in nr̄a ꝑtāte eā habere qn̄ volumꝰ. Poteſt aūt fieri tanta ꝯtritio ꝙ non ſolū culpa ſꝫ etiā tota pena dimittat'. pōt enī tantū incendi charitas in ꝯtrito. et tātus eſſe dolor ſenſibil' ꝙ cōtritio inde ꝓcedēs merebit' ſolutionē ab om̄i pena. Sciendum tamē eſt ꝙ aliq̄ putāt ſatis indiſcrete tūc eē ꝯtritō nē quādo habēt q̄ndā diſplicentiā de peccatis. vł qn̄ habēt ꝓpoſitū dolēdi đ eis. ⁊ tales paupes decipiūt'. h̄ eī nō eſt ꝯtritio ſꝫ attritio. Sꝫ qn̄ hō hꝫ ꝑfectā diſplicētiā ⁊ hꝫ nō ſolū dolēdi ꝓpoſitū ſꝫ etiam ver̄ cordis dolorē ꝓ ipiſ. tūc hꝫ ꝯtritiōeꝫ. ſm Tho. in iiij. di. xvij. q. vi. ar. iij. Debꝫ autē pctōr de oī pctō mortali dolere et ꝯtritōem hr̄e. ⁊ đ q̄libet ſpēaliter. De oblitis tn̄ ſufficit ꝯtritio generalis cuꝫ conatur ad recordandū et ad dolendū. Et debet dolere de obliuiōe peccatoꝝ q̄ ex negligētia ſua ꝓceſſit. Nō ītellige ꝙ q̄s neceſſario debet hr̄e dolorē ſpēalē de q̄libet peccato

moꝛtali. talē videlicʒ doloꝛē
ꝗ̄ eſt gr̄a infoꝛmat⁹. ſʒ liq̄t ꝙ
debʒ ħ hr̄e circa ꝑ̄ncipiū cō/
feſſiōis. cū ꝗ̄s recogitat pctā
ꝛ dolet. Et bn̄ faceret pctōꝛ
qui ꝓ maioꝛi pctō pl⁹ dolerʒ.
qꝛ magis ꝑ hoc deū offendit
ꝛ maioꝛē penā ꝓmeruit. Hᶜ
debʒ ꝯtritio ſaltēʒ in habitu
ceſſare in pctōꝛe. etiā p⁹ ꝯfeſ/
ſionē. ſed ſꝑ manere. vt dicit
Thomas in. iiij. di. xvij.

De confeſſione nunc ſeq̄t.

Confeſſio

autē ſm Aug. ſic dif
finit. eſt ꝑ quā moꝛ
bus latēs ſpe venie aperitur.
Uel ſm Ray. Cōfeſſio eſt le
gitima coꝛaʒ deo ꝛ ſacerdote
pctōꝝ declaratio. Tenent au
tē habētes ānos diſcretōnis
ad eā faciēdā ſel' i āno. vt ptʒ
ð pe. ꝛ re. c. ois vtriuſqꝫ. imo
q̄liſcūqꝫ eſſʒ ꝯtritio ſi ꝗ̄s con
temneret ꝯfiteri dānaret. vn/
de falſum ē ꝛ hereticū dicere.
ſufficit ſoli deo ꝯfiteri. Nam
dicit canō ð pe. diſt. i. taciꝰni
tas. Ubi ē taciꝰnitas ꝯfeſſio
nis n̄ ē ſperāda venia crimīſ.
ptʒ ħ exēplo chꝛiſti ꝗ̄ lazarū
ſuſcitauit. ſʒ tm̄ diſcipuliſ tra
didit abſoluēdum. Johā. xi.
Et. xi. q. iij. tūc va. Itē decē
leꝓſos ad ſacerdotes miſit
ꝗ̄ in via eūdo fuer̄t mūdati.
vt ðꝛ Luc. xvij. ꝑ qð ſignifi/
caꝰ ꝙ pctōꝛ licʒ in via eundo
ad ꝯfeſſiōeʒ rōe ꝯtritōis q̄m
habʒ ꝯſequaꝰ veniā ꝛ remiſſi
onē peccatoꝝ. tm̄ teneꝰ venire
ꝛ ꝯfiteri ſacerdoti. Sʒ di.
q̄ꝛe pctōꝛ dʒ ire ad ꝯfeſſioneʒ
vel ſacerdotē. ex ꝗ̄ remiſſa ſūt
ei pctā ꝑ cōtritōeʒ. Reſpōſio
ſm Hoſti. i ſūma de pe. ꝛ re.
ca. Tu dic. ꝙ pctōꝛ duplici
vinculo ad ſatiſfaciēdū aſtri/
giꝰ. vno ꝗ̄ ligaꝰ ad deū. ꝛ illð
in ꝯtritiōe dimittiꝰ. Alio ꝗ̄ li
gaꝰ ad eccl'iaʒ. ꝛ ħ ꝑ ꝯfeſſiōeʒ
ꝛ ſatiſfactōeʒ dimittiꝰ. et per
abſolutōeʒ ſacerdotis relaxa
tur. Ad hoc facit ð ſen. excō.
a nobis. c. i. de penitētia diſ.
. i. multiplex. et. c. quē penitʒ
in fine. et di. v. Cōſideret. Li
cet igitur peccatū dimittaꝰ ꝗ̄
ad reatū ꝑ contritōeʒ. manet
tm̄ obligatio ad penā tꝑalem
ꝑ ſacerdotē infligendā. Et ꝓ
bat Archið. ð pe. di. iij. Pro
ductioꝛ. Quia ſic oēs creatu
re oſtendūt et ꝯfitenꝰ defect⁹
ſuos tꝑales ꝛ naturales hoī/
bus eo mō ꝗ̄ pn̄t vt dicit glo
ſa ſuꝑ illo verſu. Cōfeſſio et
magnificētia opus ei⁹ ꝛc̄. ita
hō dʒ oñdere defect⁹ ſuoſ vo

lūtarios ꝛ ꝯfiteri ṽbo vocali in q̄ abūdat. Et etiā dʒ ꝯfiteri hoī. eo ꝙ ṽbū diuinū hūiliatū ē ꝓ pctīs nr̄is delendiſ. qđ verbū vnitū humanitati obligat nos ꝙ hūiliemꝰ ṽbū nr̄m loq̄ndo nō ſolū homi ſʒ etiā deo. ꝛ nō ſolū đo ſʒ etiaʒ homī. qđ fit in ꝯfeſſiōe vocali: Preterea cum hodie peccamus corā deo et hoīe dēmuſ ꝯfiteri nō ſolū corā deo ſicin veteri teſtamēto fuit. ſed hoī loco dei ꝯſtituto. Nec ꝑpt̄ h̄ ꝙ in cōtritōe hoī dimittit̄ reatus culpe ſupflua eſſʒ cōfeſſio vocal̄. q̄ ſm̄ Hugonē cardinalē ad h̄ neceſſaria eſt. ad hūilitatē et iuſticiā exercēdā Itē ad h̄ ꝙ eccl̄ie ſatiſfaciat q̄ leſa ē ex pctō Ualʒ etiā ſm̄ Joh̄. an. ꝑpt̄ fidē quā pctōꝛ habʒ credēs autoꝛitatē clauium in eccl̄ia. Sil̄ꝛ valʒ ꝑpt̄ obediētiā quā exhibet miniſtris eccl̄ie vl̄ deo. de pe. di. i. multiplex. ꝛ. c. nōnulli. Qñ ḡ legis in ſcp̄turis ſctīs ꝙ ſola contritio ſufficit ad remiſſionē pctōꝛū. intelligas ī neceſſitate qñ ꝯfeſſio nō p̄t haberi. Nam tūc nō eſt p̄ceptū. Juxta illud. Confitemini alterutrū ꝛc̄. Quia neceſſitaſ legē nō habʒ. Nam tūc voluntas ꝓ facto reputat̄. ſufficit enim tunc ſoli deo ꝯfiteri in coꝛde. Si tñ ibi eſſet aliq̄s laicꝰ bonuʒ eſſet ſibi ꝯfiteri ꝑpt̄ h̄ vt poſtea eccl̄iaʒ infoꝛmaret q̄bus remedijs ꝓ aīa ſua eſſet ſubueniēdū. Doctoꝛ tñ ſubtilis dicit. ex q̄ accuſatio ī ꝯfeſſione nō fit ad aliđ niſi vt cōſeq̄tur ſentētia. ꝛ laicꝰ nō habet autoꝛitatem ſentētiādi in iſto foꝛo. ſequit̄ ꝙ nullū p̄ceptū eſt ad accuſandū ſe coꝛaʒ laico. Foꝛte autē meliꝰ eſſʒ h̄ dimittere ſi pctōꝛ poſſʒ aliq̄lem verecūdiā corā ſe hr̄e recogitando eadē. ꝛ ſic eq̄ puniri. Etiā licʒ ſimplicibꝰ laicis ſit vtilis talis cōfeſſio coꝛam laico in neceſſitate. nō tamen viris diſcretis q̄ ſciunt ad q̄d inſtituta eſt confeſſio. Hinc ē ꝙ dicit Joh̄es andree in ca. Si epiſcopꝰ. de pe. et remiſ. li. vi. ī vltima gloſa. ꝙ licet laico in neceſſitate poſſumꝰ cōfiteri. tamē iṗe nō poteſt abſoluere. quia nō habʒ claueſ. de pnīa. diſt. i. Quē penitet. Et notatur đ officio cure paſtoꝛalis. vbi Hugo dicit: ꝙ licet in neceſſitate audit non tamen ad hoc vt ſit vera abſolutio. ſʒ quo ad ſigna penitentie declaranda. Sʒ Ray.

ꝯtradicit. Itē archi. xxv. diſ. audire. dicit quoſdam dixiſſe ꝙ nullus etiā in neceſſitate tenetur cōfiteri ruſtico vł laico p̄ſbitero abſente. maxie pctā mortalia. ⁊ dicit ꝙ illō Jacobi. Confitemi alterutꝝ pctā veſtra. tm̄ de venialibꝫ intelligitur que poſſunt talibꝫ laicis confiteri in neceſſitate. vł loquitur de ꝯfeſſione in generali que fit in eccłia. vel loquitur tm̄ ꝺ ſacerdotibꝫ. Hugo vero dicit. ꝙ laico tenet̃ quis cōfiteri peccata ſua cū nō poteſt habere ſacerdotē. Nec videtur vere penitēſ q̄ in articulo mortis peccata ſua nō ꝯfitet̃ cuicūqꝫ poteſt ſi ſacerdotē habere nō poteſt. Quis laicus nō habet autoritatē abſoluendi. Dicit aūt glo. xxx. q. ij. omnes. ꝙ ſi laicus in neceſſitate audiat peccata młieris. nō p̄t cū ea poſtea ꝯhere. ſi tamē ꝯtrabat forte tenꝫ matrimoniū. Videt̃ tn̄ hoc tantūmodo ſacerdoti prohiberi. cū tm̄ eius officiū eſt audire peccata. Tu dic ſecure ꝙ tał poteſt cum tali muliere ꝯtrahere quā audiuit in neceſſitate. quia ꝑ hoc ſacramētū nulla cōpaternitas contrahitur. vt dicit̃ in canōe Quis ⁊c. de cognatōe ſpūali. li. vi. Itē ſciendū ꝙ ꝯfeſſio ſedecim cōditōes habere debet que habent̃ in his verſibꝫ. Sit ſimplex humilis cōfeſſio pura fidelis. Atqꝫ frequēs nuda diſcreta libens vecunda. Integ̃ ſecreta lacrimabilis accelerata. Fortis ⁊ accuſans ⁊ ſit parere parata Quātumcūqꝫ autē nota ſint ſacerdoti peccata adhuc tamē debent narrari ī cōfeſſione. quia nō ſufficit ꝙ ea cognoſcit ſacerdos vt hō tm̄. ſcꝫ in publico: ſed etiā vt deꝰ. ſ. in ſecreto cordis. de pe. di. i. Impfecta. in glo. prima Tenetur etiā pctōr nō ſoluꝫ mortalia ſed etiā venialia cōfiteri. licꝫ nō ita neceſſitate abſoluta teneatur ad confeſſionem venialiū ſicut mortaliū. Tamen exquo nō poſſumuſ vitā eternā cōſequi ſine r̄miſſione venialiū tenemur ad eorum confeſſionē. vt dic̄ Thomas in. iiij. diſt. xvi.

De modo audiendi confeſſiones.

T quia ex e perientia docēte multos vidimꝰ in practica huius ſacramenti errare iō vtile videt̃ ponere moduꝫ

et formã circa audiẽdas ↄfeſ ſiones. Circa qđ videndũ eſt de pluribꝫ. ⁊ primo de diſpoſitiõe pſone. Secũdo quõ ſacerdos debeat inq̄rere a confitente. Tercio qui ſint caſus ĩ quibꝫ poteſt abſoluere De primo itaq̨ ſciendũ ꝙ ↄfeſſionem audiẽs ſacerdos debꝫ ſedere in loco omni ſuſpitõe carente. vbi ab oībꝫ videri poſſet: a nullo vero audiri. nõ ſicut q̄dam in cameris ante lectuꝫ ꝓpriũ audiũt. vel in ſacriſtia. q̄ compti ſunt multa mala cũ ſpũalibꝫ filiabus commiſiſſe Nõ debꝫ etiã ſacerdos vl' cõfeſſor inſpicere vultũ ↄfitẽtiſ ne duct⁹ terrore ſacerdoti minus audeat ↄfiteri. vel ne q̄d occultet vel alleuiet. Maxĩe tamen a mulieribꝫ caueat. qꝛ ſm ſapiẽtẽ. Facies mulieris ſicut vent⁹ vrens. Nec debet ſedere ex oppoſito. ſꝫ ad lat⁹. Nec etiã debꝫ ꝓferre ỽba iocoſa. ne alter ĩpoꝝ ad riſum ꝓuocetur. ſicut etiã comptũ ẽ de aliquibꝫ. ſed verbis blãdiſ ⁊ benignis ↄfeſſor vtat'. nõ ſicut q̄dam faciũt maledicẽteſ ↄfitenti. dicẽtes. diabolus te mihi miſerat cũ his peccatſ. eos vl' eas diabolo ↄmẽdantes: vt q̄dam idiote faciunt. Nec dꝫ ſacerdos mouere caput vl' ſputũ ſepi⁹ ꝓĩcere ne videat' a circumſtantibꝫ ꝓdere pctã cõfitentis. Ubi ḡ ſũt illi q̄ pede trudũt ↄfitẽtes. vl' faciunt q̄ſdã vociferatões ſuſpicioſas. vel ſuſpiria ſuſpicioſa. ex q̄bꝫ ꝓdit' ↄfeſſio pctõrſ Cũ ḡ incipit ↄfiteri attendat ỽba ſua ↄfeſſor vſq̨ ad fineꝫ nec ĩterrũpat. niſi cũ fuerit cõfeſſor ꝑ ↄfitentẽ de aliq̄ exq̄ſitus. vl' niſi cõfeſſor habuerit neceſſe inq̄rere đ aliq̄ circumſtantia peccati. Si vero cõfitens corã ſacerdote p̄ timore erubeſcens obmuteſcit. tunc ſacerdos eũ dulciter alloq̄ns informet. ⁊ det ſibi cor et audaciã his verbis: vt dic' Hugo. Fili chariſſime ex abũdãtia gr̃e diuĩe habem⁹ magnũ donũ h̄ ⁊ ſaluťſ remediũ ꝙ ꝑ nr̃aꝫ verã ↄfeſſiõeꝫ poſſum⁹ ↄſeq̄ indulgẽtiã pctõꝝ. Non aũt verearis ꝓ anima tua dicere veꝝ corã me q̄ ſum pctõr ſicut ⁊ tu. Nõ aũt te audio vt hõ ſꝫ vt de⁹. O, ſi forte cõfitens neſcit modũ confitendi ↄfeſſor dicat ei modum dicẽſ Chariſſime fili ita debeſ cõfiteri. Cõfiteor oĩpotẽti deo ⁊ tibi pr̃i. ꝙ ego pctõr peccaui in mł'tiplicibꝫ pctĩs. Et prio

e

BIBLIOTEKA GŁÓWNA w Poznaniu Uniw. im. A. Mickiewicza

ſn mortalib⁹ pctīs trāſgrediē
do diuīa ꝑcepta.nō diligēdo
deū nec ꝓximū. Et tūc vide
at ꝯfitens dicere pctā.ꝛ ꝑmo
de mortalib⁹ pctīs .ſm ꝙ diſ
poſuit in mēte ſua. Si aūt igͦ
rat ꝗ ſūt pctā mortalia: dicat
ſibi. Ecce fili mi iſta ſūt pctā
mortalia. Supbia.auaricia.
luxuria.ira .gula. īuidia ꝛ ac
cidia. Recordare ſi cōmiſiſti
aliqd̄ iſtoꝝ. Qui cum de eis
expeditus fuerit.deſcēdat ad
opa pietatis ſi ea neglexit ad
implere.ſilr̄ de alienis pctis
vt ſtatim patebit Scd̄o vi
dendū eſt q̄liter ſacerdos de/
bet q̄rere a ꝯfitente. Pro quo
ſciendū ꝙ ſi ē diſcret⁹ ꝯfitens
nō deb3 ab eo aliq̄d q̄ri .ſ3 ſi ē
rudis tūc q̄rat ab eo ſacerdoſ
ꝛ ꝑmo de mortalib⁹ pctīs in
genere nunq̄ꝫ tn̄ in ſpecie.ver
bi grā ſic dicens. Ecce fili nō
ne peccaſti iſtis pctīs.ſ.ſup/
bia auaricia ꝛc̄. Si ḡ ꝯtigit te
aliqn̄ ſupbiſſe d̄ veſtib⁹:d̄ pul
critudine corpis.de ſapiētia.
de diuitijs.hoc recogites: et
hoc doleas. Itē ſi aliqn̄ exceſ
ſiſti modū ꝯmedendi vl̄ bibē
di. vl̄ habuiſti diuturnū odi
um ꝯ ꝓximū tuū .l̄ appetitū
vltōis iniuſte ꝯ ꝓximū .vel ī
uidiſti ſibi bona ſpūalia vel
tpalia. aut etiā fuiſti accidio
ſus ꝛ piger in diuīo officio l̄
ſermōe: q2 forte nō diligēter
attēdebas in miſſa ſ3 dormi/
tabas vl̄ ſmōes inutiles mi
ſcuiſti. Iſtis modis ꝛ ꝯſil̄ib⁹
ꝯfeſſor dicat in genere. Et vt
meli⁹ cognoſcas modū ī ge/
nere q̄rēdi ſic q̄ras. Fili cha/
riſſime feciſti furtū Si dicat
ſic.dicas.vbi.qn̄: ꝗ tpe:q̄ du
ctus neceſſitate.a q̄:q̄tiēſ. Nō
aūt q̄rat.feciſti hoī tali. ī tali
loco.h̄ ei eſſet ſuſpectū nego
ciū. Silr̄ d̄ luxuria q̄rat vtꝝ
fuit aliqn̄ pollutus ī corpe.ſi
dicat ſic.q̄raſ an nocte vl̄ die
Si dicat in nocte vl̄ in ſom/
no.nō q̄ras vltra. Si dicat.
nō in ſomno. q̄ras ꝑ quē mo
dū:cū ꝗ vl̄ quō:ꝛ expectes e⁹
rn̄ſiōe3. Nec detinies aliq̄d ſi
cut q̄dā īdiſcreti faciūt dicen
do.feciſti cū boue vl̄ cū peco
re vl̄ equo :deſcēdendo ad ſo
domitica pctā:d̄ q̄b⁹ forte cō
fitens ignorat. Et in h̄ ḡuiſſi
me peccat ꝯfeſſor. Nec dicat
ſm Guil. Audio ꝙ tu habi/
tas cū tali mlr̄iere. Hoc ē enī
ſe ponere teſtē vl̄ iudicē.qd̄ n̄
deb3 fieri in ꝯfeſſiōe:ſ3 ea pa/
cta deb3 indicare ꝛc̄. Verūta
men ſi ſacerdos forte ꝓbauit
ꝙ ille forte oblit⁹ eſt aliquod

pctm̄ quod ꝯfeſſori ꝯſtat eũ ꝯmiſiſſe. pōt ſibi in memoriã reducere dicēs. Accidit ne tibi aliqñ inebriari vl' fornicari ĩ iſto anno. Et ſi dixerit ſic Querat p̄mo de pſona cū q̄ peccauit an ne ſibi attinebat: ⁊ in quo gradu ꝯſanguĩtatꝭ vl' affinitatꝭ. nec ē ħ ꝓdere aliam pſonã vel aliũ accuſare. ſꝫ ſe liberare ⁊ mũdare veracit̄. cum alio mō expedire non p̄t ſine exp̄ſſione illi⁹ circũſtantie. Multuꝫ tñ caute circa ħ peccatũ luxurie eſt ꝓcedēdũ: ne q̄d curioſe inq̄rat ď ipſo cō fitente. Unde ꝯſulo vt cōfeſſor circa hoc dicat ſibi. Fili mi chariſſime ego q̄dē ꝟecũdor et erubeſco ď talibꝫ materijs impudiciſ inq̄rere. nͤ putes ꝙ iſta ex curioſitate faciã cum de eis fuiſſem libentius ſupportatus. oportꝫ tamē ꝙ de neceſſitate ꝓcedam more ⁊ officio medici debentis curare occultũ morbum infirmi. Item aduertat cōfeſſor et diligenter cōſideret pſone confitentis qualitatē: cui⁹ ſtatuſ et conditōnis exiſtat. Nam ſi eſt princeps: baro: miles: nobilis: vel quicũqꜫ dñs tpaliſ querat ab eo vtruꝫ oppreſſit paupes ſubditoſ: ⁊ aggrauauit eos laboribus. vl' iuſticiã facere neglexit. vel aliq̄s impenſiones iniuſtas impoſuit Si vero eſt p̄latus ſpũaliſ. ñ eſt opus querere de negligentia animaꝝ ſubditoꝝ. qꝛ p̄ſumitur ſi hoc faceret ſol⁹ diceret eo ꝙ hab[e]t ſufficientē cognitionē ⁊ ſcientiã q̄ntũ ad ħ Si autē nō confitet̄ de officio in quo eſt: dicat ⁊ hortet̄ eum ꝓprio motu dicens. Pater venerabil' et fili. ĩ hac parte velitis attēdere dignitateꝫ officij veſtri in quo eſtis. ⁊ in r̄mediũ peccatoꝝ veſtroꝝ vobis iniungo vt habeatis diligentiã de animabꝫ vobis cōmiſſis. Si autē eſt mechanicus q̄rat ab eo vtrum in ſuo ope debitũ eq̄tatis modũ ſeruet. aut ſi eſt mercator an aliquē ďfraudet ĩ pōdere vl' mēſura. an rē viliorē cari⁹ vēdidit. vl' ad vſuraſ pecũias mutuauit. vl' ad p̄ſtitã cari⁹ vēdidit. vl' cãꝫ rei vēdite nō dixit emptori. ſic̄ circa equũ ďfectũ aliquē. vl' ip̄aꝫ rē ſic viciatã ñ remiſſiori p̄cio vēdidit. Aut diebus feſtiuis et dñicis reſ ſuas venales exponit. Jurauit tm̄ valere cũ tantũ nō valuiſſet. vel iurauit ſolus emiſſe ꝑ tanto. Si eſt tabernator

24

querat ab eo vtrū aliqn̄ bra
ſiū miſcuit diuerſis granis.
Sicut apponēdo aliq̄t cho/
ros tritici. aliq̄t ſaligis. aliq̄t
ordei. ꝛ vendēs nihilomiꝰ cer
uiſiā ꝓ totali triticea. vl̄ ſi di
ebus feſtiuis [illegible] eā labora
uit: cū h̄ ante [illegible] bn̄ poſ/
ſet expediri. Vel [illegible] mio
rem dedit ī domo q̄ꝫ extra do
mū bibentibꝰ ꝯmiſerat. Sic
etiā q̄rat d̄ vino ꝛ alijſ liq̄ribꝰ
Itē a iudicibꝰ q̄rat ꝛ ꝯſulibꝰ
vtrū aliqn̄ ex grā odio timo/
re amore: vel priuato mō iu/
ſticiā ꝑuerterunt: vl̄ ſniaꝫ tu
lerunt. ex q̄ q̄s dānificatꝰ eſt
in rebꝰ vel in corꝑe. Vel ſi ad
penam fuerūt nimis ꝓni con
tra ſimplices ſentētiādo pe/
nā ſtatim ꝓ vno leui v̄bo ī iu
dicio. Itē a patribuſſamiliaſ
q̄rat q̄ habēt ſeruos vl̄ filios
vtꝝ angariauerūt familiā di
ebus feſtiuis: vel eoꝝ detinēt
mercedē: aut eoꝝ mala diſſi/
mulauerunt. Similit̄ q̄rat a
ſeruis an fidelit̄ ſeruierunt ꝛ
nō ſubtraxerūt bona dn̄oruꝫ
ſuorū. Itē ſi eſt virgo q̄rat ab
ea de cuſtodia virgīitatis. de
pudicicia verboꝝ: ꝛ honeſta
te ꝯuerſatōis. quō ꝛ cū q̄bus
ſolet cōuerſari. Si ē vidua q̄
rat de deuotōe ipiꝰ et opibuſ
pietatis. an libenter ſeruiuit
pauꝑibus: vel eos viſitauit.
vel tꝑalia ꝓ ſuo poſſe impen/
dit ꝛ exhibꝫ: ꝛ an diſſolute vi
uit ſeu d̄licate. Et iſti ſūt mor
bi viduaꝝ ſc̄m aplm̄. Itē ſi ē
cōiugata q̄rat ab ea an ſeruet
cum viro caſtitatē diebꝰ feſti
uis ieiunij et aliaꝝ vigiliaꝝ:
ꝛ tꝑe impḡnatōis vl̄ etiā ꝑtꝰ
Similit̄ an a marito exigat
debitū diebꝰ feſtiuis. aut tꝑe
mēſtrui vel impḡnatōnis. vl̄
tꝑe partus. an etiā alit̄ q̄ꝫ mo
dꝰ nature eſt vir eā ꝯgnouit.
et ſc̄m hoc ꝓcedat cum q̄libꝫ.
circa tn̄ viciū luxurie cautiuſ
q̄ꝫ circa q̄d̄libet aliđ ſe regat
ꝙ circūſtantias neceſſarias n̄
inutiles et curioſas inquirat
De q̄bus ſciēdū ē h̄ ſc̄m tho.
Circūſtantiaꝝ quedā ſūt tra
hentes in aliud genus pecca
ti. vt coire cuꝫ ꝯiugata ꝛc̄. et
has hō tenet̄ ꝯfiteri. Quedā
v̄o aggrauātes ſunt in eadeꝫ
ſpecie. et eaꝝ q̄dā ſunt nō ag
grauātes mortalit̄. ſic ſcia et
hmōi. ꝛ has nō tenet̄ ꝯfiteri.
q2 ſūt q̄ſi venialia. Quedā ve
ro ſunt aggrauātes mortalit̄
ꝛ has oꝑtet ꝯfiteri. vt furari
in ſacro loco. fornicari in die
feſto. Vn̄ verſus. Aggrauat
ordo locꝰ pctā ſciētia tempꝰ.

Lucta puſilla met⁹ culpe: ge
nus ⁊ ſtat⁹ alt⁹. Cõditio nu-
merus etas et ſcandala ſexus
Itẽ q̃rat ſacerdos a ꝯfitẽte ꝺ
alienis pctis q̃ ſũt nouẽ. ver.
Juſſio ꝯſiliũ ꝯſenſus palpo
recurſus. Participans mut⁹
nõ obſtans nõ manifeſtans.
Juſſio .i. ſi p̃cipit facere ma-
lũ: licꝫ ſol⁹ ñ ĩtereſt: vł ꝯſulu
it alteri ſine cui⁹ ꝯſilio nõ fe-
ciſſet tale factũ. vł ꝯſẽſit faciẽ
tib⁹ malũ. vł ipis adulat⁹ eſt
laudãdo eoꝝ factũ. Vł quia
malefactores habuerᷓt ad euꝫ
r̃curſuꝫ. vł ipis ꝑticipauit in
maleficio. vł tacuit ñ increpã
do eos. vł nõ deferẽdo ſupio
ri. vł nõ reſiſtebat cum poſſꝫ
vel tenerᷓ ex officio. vł nõ ma
nifeſtauit cũ debuit manife-
ſtare.

De caſibus ad papam per
tinentibus

Ponendi ſunt etiam hᷓ caſus ad ſolũ papam ꝑti
nentes. Primus eſt de eo qui
ꝑcuſſerat clericũ ordinatũ ſi eſt
leſio enormis cũ effuſiõe ſan-
guis atroci. xvij. q. iiij. Si q̃s
ſuadente diabolo. Scd̃s eſt
de eo q̃ incẽdit vł frãgit eccle
ſiam. ⁊ talis anteq̃ꝫ denuncia
tur p̃t abſolui ab ep̃o. ſꝫ p⁹ de
nũciatõem ꝑ ſolũ papã. ꝺ ſẽ.
exco͂. c. ꝯq̃ſti. Et idẽ de q̃libꝫ
incẽdiario poſtq̃ꝫ publice ex-
cõicat⁹ ẽ. de ſen. exco͂. ca. tua.
Terci⁹ qñ papa ſol⁹ aliqueꝫ
noĩat vel noĩati excõicat. tũc
ſol⁹ papa abſoluit eũ. de ſen.
exco͂. c. ſignificaſti. Quartus
falſarius litteraꝝ pape: vł eis
vtens ſciẽter. vt patꝫ de falſa
rijs. c. dura. Quintus q̃ inſe-
q̃tur cardinalẽ. de penis. c. fe
licis. li. vi. Sextus q̃ g̃uat iu
dicem ſpũalem in ꝑſona vel ĩ
bonis. vel dat licentiã g̃uãdi
ꝓpter hoc q̃ ſententiã excõi-
catõis tulit. de ſen. exco͂. q̃cũ
q̃ꝫ. li. vi. Septim⁹. ſi q̃s cor-
pus defuncti ſcideret vł coq̃
ret ꝓ oſſib⁹ trãſferendis. De
hoc haberᷓ in q̃dam extraua-
gãti Bonifacij pape octaui:
que incipit Deteſtãte. Octa-
uus. ſi q̃s inq̃ſitor hereticoꝝ
odio vł gr̃a amore vel lucro
ꝯtra iuſticiã vł ꝯſciẽtiã omi-
ſit ꝯtra quẽpiam ꝓcedere. vt
de hereticis. multoꝝ. ĩ fine. ĩ
cle. Nonus ſi religioſus abſ
q̃ꝫ licentia ſui ꝓprij ſacerdo-
tis ſolẽnizaret matrimoniuꝫ:
aut miniſtraret eucharíſtie et
vnctõis ſacramenta. Simili
ter etiã excõmunicati ſunt re

ligioſi q̄ excōicatos a canōe abſoluūt in caſib9 nō ↄceſſis vl' ↄtra ſtatuta ꝓuīcialia vel ſynodalia vel a pena ꝛ a cl'pa Decim9 ſi q̄s inſeq̄tur epm. de penis. Si q̄s.li.vi. Unde cimus.ſi qui religioſi īducūt aliquē ad vouēdū iurādū vl' ꝓmittendū apud eos eligere ſepulturā. vel vt iam electā vlteri9 nō immutet.de penis cupiētes.in cle. Duodecim9. de his q̄ ſacerdotē cogūt celebrare in loco interdicto.vel ad audiendū excōmunicatos vocant vel interdictos.vel ꝓhibent ne moniti exeant. de ſen.excō. Grauis. in cle. Tredecim9. q̄ ſaracenis arma ad expugnandū chriſtianos deferunt:vel ↄſiliū vel auxiliū dant in diſpendiū terre ſctē. de iudeis. Ita q̄rundā

Caſus epiſcopales nūc ſequūtur

Caſus de quo epi qui notāt̄ ꝑ Jo.an.in.iij.glo.ſi epūs.de pe.ꝛ re.li.vi. ſunt iſti. Prim9 abſoluere excōicatos maiori excōicatiōe. vt de ſen. ex.nup. Scd̄s imponere penitentias blaſphemātib9 nomē dei et ſanctoꝝ ei9. de clericis maledicis.c.ij. Terci9 abſoluere ſacrilegos. de ſacrilegijs.c.ij. Quart9 ↄmutatio q̄rūlibet votoꝝ.de voto ꝛ voti r̄demptōe.c.i. Excipit̄ tamē votū terre ſancte. Quītus depoſitio male ablatoꝝ incertorū vl' etiā certorū: qn̄ nō exiſtunt iſti quib9 facienda eſt reſtitutio. de iudeis. cū ſit. Sextus penitentiā īponere illis q̄ mr̄imoniū clādeſtine ↄ̄xerunt vel ↄ̄ interdictū eccleſie. vt de matrimonio cōtra interdictū eccl'ie ↄtracto.ī cle.c.i.ꝛ vlti. Solent etiā reſ'uari epis penitētie oīm publicanoꝝ et oppſſoꝝ pueroꝝ ex ꝓpoſito vl' caſu. Itē homicidium vel falſum teſtimoniū falſarij inſtrumentoꝝ. Itē piur9: ince ſt9: corruptor monialiū. l' coeuntes cū brutis: ꝛ his ſilia Et breuit̄ītelligas ꝙ q̄ttuor ſunt caſus de iure epāles ꝓut deterīat Benedict9. xi. Primus ē occiſor clerici: ꝓpt̄ qd̄ icurrit irregularitatē. Un̄ epūs p̄t abſoluere clericū ab homicidio ſ3 n̄ ab irregl'aritate. Uel p̄t abſoluere clericū a pctō qꝛ celebrauit ī eccl'ia int̄dicta. ſ3 nō p̄t abſoluere ab irregularitate inde ↄtracta. Scd̄s d̄ incēdiarijs. qd̄ tn̄ intellige aū

q̄ ſūt publicati. Terci⁹ vbi ē īdicēda ſolēniſ pnīa. Quart⁹ vbi q̄s īcurrit maiorē excōicatōꝫ. Idē aūt papa ꝺclarat q̄nqꝫ caſuſ eē epāleſ ꝺ ꝯſuetudīe approbatos. Prim⁹ ē homicidīj volūtarīj. Scd̄s falſarīj. Terci⁹ violatorꝭ ecclīaſtice libtatꝭ. Quart⁹ violatoris ecclīaſtice emunitatꝭ. Quīt⁹ ſortilegi ꝛ diuīatoꝝ. vt. xxvi. q. i. c. i. Et īcipit ſua bulla ī q̄ p̄dicta ꝺclarāꝛ Inꝛ cūctaſ. ꝛ renouata ē iteꝝ ꝑ ꝯcilꝛ. viennēſe. i cle. dudū. de ſepulturꝭ. Ultra aūt hoſ caſus p̄nt epi reſeruare ſibi alios put videbiꝛ eis expedire. Sꝫ vt omīſ tollaꝛ ambiguitas ponā caſ⁹ tā de iure q̄ de ꝯſuetudīe ad ep̄m ꝑtinētes. vt ſunt iſti. homicidiū. ſacrilegiū. inceſtus. filiorū oppreſſio. coit⁹ cū moniali. Itē mlier coiens cū religioſo vꝛ ſacerdote. Itē vulnerās patrē vꝛ matrē. Itē deflorans virginē vi oppreſſaꝫ. Itē baptizās ꝓp̄am filiā ſine neceſſitate. vꝛ tenēs eaꝫ ad ꝯfirmatōeꝫ. Itē fractor voti ſimplicis. Itē ꝯhens votuꝫ ſimplex caſtitatis. Itē intrāſ ꝛligionē īnita vxore p⁹ copulā carnis. Itē hereticā p̄uitatē tenens quo ad peccatū tm̄. Silꝛ ſymoniac⁹ quo ad peccatū tm̄. qꝛ irregularitas huiuſmodi ꝑtinet ad papā. Itē celebrāſ corā excōicatꝭ ſolēniter ī eccīa q̄ ad pctm̄ tm̄. ſed q̄ ad irregularitatē ꝑtinꝫ ad papā. Itē ꝓmot⁹ ꝑ ſaltū ad ſacros ordīes. Itē ordīat⁹ ab alieno ep̄o ſine licentia ꝓprīj. Itē luxuriāſ ī ecclīa ꝯſecrata Itē coiēs cū iudea vꝛ pagana Itē ꝯcipiēs a n̄ viro ſuo quē vir credēdo filiū ſuū ꝯſtituit eū ī heredē ī p̄iudiciū aliorū. Itē ꝓcurās aborſū vꝛ ſterilitatē ī ſe vꝛ ī alio. Itē ꝯhēs ſpōſalia p̄ter mr̄imoniuꝫ cū aliq̄ marito inꝛpoſito ꝯcto. Iteꝫ ſciēter celebrās ī ecclīa interdicta q̄ ad abſolutōeꝫ pctī. ſꝫ q̄ ad irregularitatē ad papaꝫ. Itē ſortileg⁹: īcātator: necromāticus: expimentator. Itē ſcienter excōicatos et manifeſtos īterdictos vꝛ etiā vſurarios ſepeliēs. Iteꝫ clādeſtine mr̄imoniū ꝯhēſ Itē blaſphemus dei ꝛ ſctōꝝ. Itē incēdiari⁹. Itē ꝑiur⁹. ſodomita. adlꝛter. Itē fornicās cū filia quā baptizauiꝛ vꝛ ad ꝯfirmatōeꝫ tenuit vel audiuit ꝯfeſſioneꝫ eius. Item celebrans in altari non conſecrato. Item celebrās ſine ſacrꝭ indumētis. vꝛ

omittens aliquod indumēto rū: vt ſtolā vł manipulū. Itē celebrās nō ieiunuſ. Vox au tem penitētie ponunť taxate inferi⁹ particulatim. Alij vo caſus pter iſtos ſunt de auto ritate plebanoꝝ.

De ſatiſfactōe que ē tercia pars penitentie

Ut autē e ſatiſfactio ſm btm̄ tho. ſup. iiij. di. xv. q. i. ar. iij. iniurie illate recom penſatio ſm iuſticie equalita tē vł quantitatē. Et intelllge eq̄litate, pporcionis et nō q̄n titatis. Siłr Anſel. i li. Cur de⁹ homo: diffinit ſatiſfactō nem dicens. Satiſfactio eſt deo debitū, put eſt honorem impēdere. ſ. rōe culpe ꝯmiſſe Et iſte diffinitōnes ſunt ſatiſ factiōis, put eſt medicina pte ritoꝝ peccatoꝝ: et pſeruatio futuroꝝ. ſed put eſt pſeruatō a culpa diffiniť ſic ſm Augu ſtinū. Satiſfactio eſt cauſas abſcindere peccatoꝝ: ⁊ eoruꝫ ſuggeſtionibꝫ aditū nō indul gere Circa qꝺ ſciēdū ꝙ licꝫ ſm Bonauē. vbi ſupra: ſine charitate ñ poſſꝫ ſe hō pparare ad hn̄dā charitatē ⁊ faciēdaꝫ ſatiſfactōeꝫ. ex q̄ ipoſſibile eſt ſine ea deo placere ⁊ opa eiuſ acceptari a deo. iō nec ſatiſfa ctio ſine tali gr̄a eſt poſſibilis Itē ꝯſulendū ē penitentibuſ ꝙ eoꝝ penitētiā ipis iniūctā ſine mortali pctō ꝯpleant. q͛ ał's deus ab eis exigit penā. Nam ſatiſfactio facta ī pctō mortali ⁊ ſi ſoluit penā debi tam nō tamē meretur gratiā. vt dic̄ doctor ſubtilis vbi ſu pra. q. i. ſecundo pncipali. ar. iiij. Sed ſi q̄ras vtꝝ hō p agēs pn̄iaꝫ i pctō mortali ite rū facta ꝯfeſſiōe de illo pctō mortali debꝫ pagere de nouo vł denuo iſtā pn̄iaꝫ iā pactā vel an reuiuiſcat ⁊ valere inci piat illa pn̄ia ſic pacta in pec cato mortali: ex q̄ iā poſt ꝯfeſ ſionem ſecūdā erit in charita te et ḡtia. In h̄ ſūt doctores diuerſi. Nam ſctūs tho. pma facie dicit ꝙ nō viuificanť nͨ valent ad ſatiſfactionē illorū peccatoꝝ, p q̄bꝫ agūť. nec etiā ad meritū vite etn̄e. Dicit tn̄ ꝙ ſatiſfactōeſ ille q̄ relinquūt poſt ſe effectū poſtq̄ȝ act⁹ trā ſit ñ optꝫ ꝙ reiteranť. vt ieiu niū dimittit poſt ſe debilita tionē corpis. Elemoſina relī quit poſt ſe diminutōeꝫ ſub ſtantie. Ille vero que nō relī quunt poſt ſe effectū oportꝫ

vt reiterent̃:vt eſt orõ. Ex hiſ
ptꝫ ꝙ q̃ ieiunant ꝓ pctĩs exñ
tes ĩ mortali pctõ nõ debent
vltra ieiunare vl' elemoſynaꝫ
dare. ſi q̃ orant in pctõ exiſtẽ
tes tenent̃ repetere horas et
ſupplere eas. ⁊ iſtã opinionẽ
approbãt doctores. Doctor
tñ ſubtilis fauorizat pctõri/
bus dicens. ꝙ q̃ vere penitet
⁊ recipit ſatiſfactõeꝫ ꝯdignã
ſibi ab eccleſia impoſitã: cla/
ue nõ errante: q̃ntũcũqꝫ pec/
cet poſtea ⁊ recidiuet nũqꝫ te
nebitur niſi ad illã vnicã ſatiſ
factionẽ adimplẽdã. Et ſi eã
impleat in charitate meli⁹ ẽ.
qꝛ nõ tm̃ ſoluit penã ſed etiã
meretur gratiã. Sed ſi ĩple/
at penitentiã volũtarie extra
charitatẽ: ſoluit q̃dem penaꝫ
ſed non meret̃ gratiã: qꝛ non
eſt ſatiſfactio recõcilians ne/
qꝫ placanſ. Unde ſubdit ꝙ ſi
hõ magnã ptẽ ſatiſfactõiſ ad
impleuit ĩ mortali pctõ. ⁊ po
ſtea iteꝝ peniteat de pctõ no
uo. nõ eſt iterato imponenda
pnĩa ꝓ peccato primo d̃ quo
ſatiſfecit: licꝫ extra charitatẽ.
ſed tm̃ de nouis pctĩs q̃ fue/
runt cauſa ꝙ iſta ſatiſfactõ fu
it mortua. Et hanc determi/
nationẽ ſequit̃ Johẽs pariſi
enſis ibidẽ. q. v. dicens ⁊ dãs

huius dicti ratõnẽ ſatis pul
cram. Quia ex quo extra cha
ritatẽ ſufficit ſatiſfactio inuo
luntaria ad pnĩam pctĩ: mul
tomagꝭ ſatiſfactio volũtaria
debet ſufficere. Exemplificat
ĩpe. Si alicui offendẽti regẽ
offenſe regis corrñdeat p̃ciſe
ſm legẽ man⁹ abſciſio. ſi iſti
inuito abſcinderet̃ manus ſa
tis patit̃. ⁊ intantũ ſufficit re
gi ꝙ ſm iuſticiã nõ debꝫ vlte
riorẽ penã exigere: ⁊ tamẽ nõ
recipit eũ in gratiã vl' amici/
ciã. Multo aũt magis ſuffi/
ceret ꝓ punitõe culpe ſi aliq̃ſ
ſibi debitã penã infligeret. Li
cet nõ eſſet in gratia vl' amici
cia illius iudicis offenſi. Ex
quo ſequitur ꝙ ſi talis ꝓpter
nouũ peccatũ dãnaret̃ ante/
q̃ꝫ ꝯpleuiſſet totã pnĩam ſibi
impoſitã puniret̃ in inferno
tẽporalit̃ pena ſibi correſpon
dente que nõ fuit hic ſoluta.
⁊ poſt tempus aliqd̃ nõ puni
nõ ſteterit q̃ minus expleſſet qđ incepit. Q, ꝟo poſtmodū vndiq; totū inceſſať altare de ſignat ꝙ factū illđ totā reſp/ſit eccľiam. ſicut dñs ipſe te/ſtať dicens. Amen dico vob vbicunq; rc. Mat. xxvi. Et Leo papa ſtatuit incenſū ſu per oblatā fieri. qđ r ↄcilium rothomageñ. fieri ſtatuit De aliis etiā thurificatiõis ſigni ficatõibus plura vide in rati onali diuinoꝝ.

Equitur

ſ q̃rta ps tercie ptis de hūiliatõne. vbi ſacerdos dicit inclinato capi te. In ſpū hūilitatis rc. r eſt orõ Dañ. iii. c. vbi ſacerdoſ p funde iclinať habẽs man9 añ pectus. r circa h oſculať alta re in ſignū crucis. qr p paſſiõ; crucis recõciliati ſumus dõ. r in eius amiciciā admiſſi. ad Eph. ii. Alii tñ nõ oſculāť h altare. Deinde ſeqť orõ. Ubi ſciẽdū ꝙ ſacerdos ꝟtit ſe tūc ad ppľm eos ſalutādo dicẽs hec ꝟba. Orate p me pctõre. p q̃ ꝟba ſacerdoſ iplorat auxi liū circūſtātiū ppť altitudinẽ ſacri. Et debẽt iſta ꝟba ſono roſe r expſſe dici. Et tūc ꝟtit ſe ſacerdos ad alterā partem dicens. dñe exaudi orõẽ; me am. qr tūc orat ſingulari ora/tõe. Et i h mľti errāt ſuppſſe illa ꝟba dicẽteſ. r cū h nolẽteſ ſe ꝟtere ad ppľm. nec ad alte/rā ptẽ altaris. qđ ñ ẽ ſine pctõ. Iſta āt ↄuerſio ad ppľm cu; ſilẽtio ſubſeq̃nte ſignificat oc cultam apparitionẽ chriſti q̃ apparuit petro. qr lic; certu; ſit ꝙ ei in die reſurrectõis ap paruit. vt dr Luc. vl. tñ icer/tū eſt vbi. ğ fit ſub ſilẽtio Uñ q̃nto ſeqť ſecreta qr ſecrete dr vt noteť mẽtaľ ↄuerſio ad de um. vt ſit ſacrificiū añ deū ğ/tū. Debẽt enī tot dici ſecrete q̃t fuerūt i pncipio collecte. r eodẽ ordĩe poni r ↄcludi S; tñ in fine oĩm dr expſſe. p oĩa ſecľa ſecľoꝝ. ſ. ad ſignificādu; ꝙ lic; ſacerdos orat vt pſona ſingľaris. tñ ex q̃ p toto ppľo orat. iõ occľte nõ debet finiri. Uel ad innuẽdū ꝙ ſacerdos hic poſtulat auxiliū ppľi. vñ expſſe rñdet clericus amẽ. ad deſignādū ꝙ poſt lazari reſu/ſcitationẽ chriſtus publice p dicauit.

Eſtat nūc

r videre de q̃nta pte ť/cie ptis. q̃ dr ſeq̃nſ orõ vľ pfatõ. que hab; quattuor

ꝑtes. In ꝑma ppl'us ſalutat̄ cū dr. Dn̄s vobiſcū. In ſecū da rō aſſignat̄. ibi. ṽe dignuꝫ ⁊c̄. In tercia laus diuia a po pulo cantat̄. cū dr. ſctūs ſctūſ ſctūs ⁊c̄. In q̄rta canō ip̄e in choat̄. ibi. Te igit̄ clemen. ⁊c̄. Quātū ad ꝑmū ſacerdos ſa lutādo ppl'm ꝑmo excitat eū ad attētōneꝫ dicēs. dn̄s vobi ſcū. Scd̄o ad mētis erectōꝫ. ibi. ſurſum corda. Tercio ad gr̄aꝝ actōes. ibi. gr̄as agam⁹ Excitat̄ autē ad attētōeꝫ ꝓ pter reuerētiā ſacramēti in q̄ chriſt⁹ ſumit̄ ip̄e fonſ bonita tis. iō ſacerdos dic̄. Dn̄s vo biſcū. Deinde dicit. ſurſū cor da. ad deſignādū ꝙ circa h̄ ſa cramētū debem⁹ habere alti tudinē contēplatōnis. ⁊ ea q̄ ſurſuꝫ ſunt appetere. vt dicit̄ Col'. iij. Et etiā qꝛ iſtd̄ ſacra mentū nō p̄t rite ꝑfici ſine il lo q̄ eſt ſurſuꝫ. a q̄ cūcta bona ꝓcedūt. vt dicit grego. Et a quo om̄e bonū ꝓcedit. vt dr Jaco. i. Et ad deſignandū ꝙ hoc ſacramētū non ꝓdeſt niſi habētibꝫ corda ſurſū. Ad qd̄ ſtatim rn̄det miſter. habem⁹ ad dn̄m. Et ē ſenſus. i. habe mus corda nr̄a ad dn̄m leua ta. Sꝫ forte in h̄ multi mēti unt̄ hn̄tes corda deꝑſſa. q̄ſ ar guit ꝓph̄a dicēs. Filij hoīm vſqꝫ q̄ graui corde. Tercō ex citat̄ ppl's ad gr̄aꝝ actōnes. ibi. gr̄as agam⁹ dn̄o deo no ſtro. Ubi vide ꝯgruētiaꝫ lau dis. qꝛ eniꝫ eſt dn̄s ḡ a ſeruis vult laudari. Malach. i. Si ego ſum dn̄s vbi ē honor me us. Et qꝛ deus ideo vult co li. et qꝛ noſter eſt. id̄o ſpecialit̄ vult honorari l' venerari. Et qꝛ tā innocētes q̄ꝫ penitentes habēt laudare deū. ideo dr re cte. dignū et iuſtū eſt. Et cer te dignū ratōe ſue maieſtatis iuxta illud Apoca. vij. Bn̄di ctio ⁊ claritas ⁊ ſapia ⁊ gr̄aꝝ actio honor et virt⁹ et fortitu do deo nr̄o. dignū etiā ꝓ tātiſ bn̄ficijs nobis ip̄ēſis. dignū ratōe ſupabundātis charita tis. ex q̄ ꝓpo filio ſuo nō pep cit deuſ ⁊c̄. Quarto ſtatim rō aſſignat̄ hui⁹ a ſacerdote cuꝫ dr. Uere dignū. Et hic inci pit p̄fatō q̄ rep̄ſentat illd̄ gau diū pueroꝝ cātātiū i die pal maꝝ. Bn̄dictus q̄ venit i no mine dn̄i. Tp̄e aūt q̄ cātat̄ p̄ fatio debent man⁹ eleuari: ad deſignandum ꝙ tūc ſacerdoſ vult orare ꝓ celeſtibꝫ. Et per iſta verba ſacerdoſ approbat ꝑmo deū digne eſſe laudādū. ſcd̄o inuitat angeloꝝ exēplo

cum dicit. quã maieſtatẽ tuã laudãt angeli. q. d. ſm Innocen. dignũ eſt: quia mera noſ volũtate feciſti. Juſtũ: qꝛ mera miſcđia redemiſti. Equuȝ qꝛ gratuite nos viſitaſti. Salutare quia ꝑpetue nos ſaluaſti. Nos tibi ſemꝑ. id ē in oĩ tēpoꝛe. et vbiqꝫ. i. in om̄i loco Et ſi ñ actualiter tamē habitualiter: nõ ponēdo videlicȝ obicē moꝛtal' peccati. Unde non ceſſat oꝛare qui nõ ceſſat benefacere. ſm Auguſtinuȝ.

Circa qđ ſciēdũ ꝙ tm̄ decem ſunt p̄fatões. Pelagius enĩ papa ſtatuit nouē. ſed vrbanus papa anno dñi. ccccxliiij. addidit decimã de btã v̄gine. Quotidianã autē p̄fationē fecit Simach⁹ natione ſardus. Anno dñi. ccccxciij. Prima eſt de natiuitate. ſecũda de epiphania. tercia de q̄dꝛageſima. quarta de reſurrectiõe. q̄nta de aſcenſiõe. ſexta de pētecoſte. ſeptima de trinitate. octaua đ ſancta cruce. nona de apoſtol'. decima de beata virgine. de hoc habeť đ cõſecra. di. i. iuenimus. Ex quo patet p̄fationē nouiter inuentã de dedicatiõe eccl'ie eſſe ſuꝑfluam ꝛ erronee introductã. niſi alias interueniret autoꝛitas pape. de qua tñ vſqꝫ mõ nõ cõſtat. Uñ illi ea vtētes ḡuiter peccãt. Cũ eni vnã collectã minimã nõ poſſunt mutare vl' addere. multo magis tã ſolēnē p̄fationē ꝑ ſuo libitu ĩmutare q̄s p̄ſumat. Deĩde ſequitur ſanct⁹. qđ Sixtus p̄mus anno dñi. cxxix. ĩſtituit. ꝑ qđ ſacerdos oꝛat vt lauſ noſtra ꝛ voces noſtre laudib⁹ et vocib⁹ angeloꝝ aſſocienť. qꝛ angeli ſemꝑ cantãt ſctũſ. Ter autē caniť ad honoꝛē trinitatis. Oſanna bis. ad deſignandũ duplicē ſtolã ſeu gaudiũ. coꝛpis. ſ. ꝛ aĩe. ꝛ ſignificat tm̄ id ē obſecro ſalua

ſ Equitur

ſexta ꝑs tercie ꝑtiſ p̄ncipal' miſſe. ſcȝ ablutio manuũ. Primario eĩ ſacerdos abluit manus ad ſignificãdũ ꝙ debȝ carere moꝛtalibus. ſȝ in h̄ loco abluit. qꝛ iuxta poſſe ſuũ dȝ etiã carere venialibuſ. Et iõ ſolũ capita digitoꝝ ꝑfundit. Et licet aliqui dicũt tũc verſiculũ. lauabo inter innocētes man⁹ meas. tñ conuenienti⁹ obmittiť ꝓpter continuationē ſeq̄ntis canonis q̄ incipit. Te igitur. cui⁹ ꝑludiũ fuit ſanct⁹. Sen

BIBLIOTEKA ... w Poznaniu

ſus enim eſt. Te igitur clemẽtiſſime. id eſt te qui ſanct⁹ es. domin⁹ deus ſabaoth depre cor. quod cõgrue fieri nõ poſſet interpoſitis aliq̃bus verbis. puta. lauabo inter innocentes manus meas ⁊c̃. q̄ faciunt notabilẽ diſcõtinuationem illaꝝ orationũ principaliũ. ⁊ ideo cautius obmittiẽ q̄ꜫ dicitur.

De quarta parte miſſe

Interpretatio Canonis

Equitur quarta ps pricipalis miſſe. ſcilicꝫ canon. Ad cuius euidentiã ſciẽdum ꝙ canon grece interp̃tatur regula latine. quia multũ regulate cõpoſitus eſt. Diciẽ autẽ ꝙ Gelaſius papa canonem principaliter ordinauit: licet a pluribꝫ ſit aliquid additum in eo. tamẽ ab vno eſt ꝯpoſitus. Dicitur aũt ꝙ Clemens ſecundus Anno. lxxi. poſt Cletũ inſtituit canonem ante conſecrationẽ. ⁊ ita diciẽ canon q̄ſi ex regulis ſanctoꝝ patrũ editus ⁊ compoſitus. Diciẽ etiam ſub ſilentio ſm Innocentiũ. primo ad ſignificandum ꝙ chriſt⁹ ſeceſſerat in Effrem a iudeis. Secundo propter maiorẽ conuerſionem mentis ad deũ. q2 tunc ſacerdos debet intrare thalamuꝫ cordis. ⁊ oſtio ſenſuum clauſo deũ orare. Tercio propter piculi euitatõem. ne vſu quotidiano verba ſacra vileſcant. Quarto propter maiorem reuerentiaꝫ. quia que in publico fiunt citius vileſcũt Hec Bernardus de parãtinis. Incipit autẽ ab illa littera T. que valde repreſentat ſignũ crucis. ad ſignificandũ ꝙ hoc ſacramentũ ſeu ſacrificium fit ad memoriã paſſionis chriſti in cruce. Et fit circa canonem imago crucifixi: vt tanto melius imprimatur memoria chriſti paſſionis in cruce ipſi celebrãti. Accedẽs autem ſacerdos poſt ablutionẽ primo benedicit ſe. ſecundo compoſitis manib⁹ oſculatur imaginem crucifixi: inclinando ſe hũiliter. deſignãſ humilem inclinatõem quam fecit chriſtus ante ſuam paſſionem: in qua factus eſt ſudor eius ſicut gutte ſanguinis decurrentis in terram. ſicut habetur Luce. xxij. Alij autem oſculantur altare ad ſignificandũ ꝙ per hoc ſacramentum acquirimus veram:

dilectōem cum chriſto .quia miniſter nō debet eſſe infide/lis :vt iudas. Deinde incipit dicens. Te igitur. Circa quod notandum ꝙ illa coniū ctio igitur eſt illatiua reſpe/ctu precedentiū .vnde exquo dixit prius.ſanctus domin⁹: nunc infert. Te igitur clemē tiſſime pater qui es ſanctus. Dicitur autez clementiſſim⁹ quaſi in miſericordia ſumme abundans. Et hec verba di cens ſacerdos ſe inclinat deſi gnans chriſti humilitatē ſeu humiliatōnem ad paſſionez. Additur etiam per ieſuz chri ſtum filium tuum dominum noſtrū. Hoc fit ideo :qꝛ chri ſtus docuit in ſuo nomīe om nia eſſe petenda. Juxta illud Johannis.xvi. Amen amen dico vobis:ſi quid petieritis patrem in nomīe meo ꝛc. De ſcribitur autem quadruplici ter. Primo vt ſaluator: quia ieſus. Matthei pmo. Voca bis nomen eius ieſus: quod interpretatur ſaluator. Se/cundo vt rex. quia chriſtus: quod interpretatur vnctus. Pſal. Vnxit te deuſ deus tu us. Tercio vt patri naturali ter dilectus.quia filiū. Quar to vt nobis prelatus. qꝛ do/minū noſtrum. Supplices id eſt humiles rogamus :ſm Bernardū de parātinis .ro/gamuſ pro illis que nobiſ de ficiunt. ac petimus pro illis que ad ſalutem noſtram no/bis neceſſaria ſunt. Vti ac/cepta habeas. id eſt accipias ſeu grata habeas. Et aliqui hic oſculantur altare q̄ſi oſtē dentes ſe compati chriſto .ſz non eſt de eſſentia. Et debet produci illa dictio vti in fine. nam licet idez valet vt et. vti tamen plus eſt expreſſiua. Hec dona. dicuntur dona q̄ dantur a ſuperioribus .quia hoc ſacrificiuz fit virtute ſu/premi dei. ideo dicit̄ donum Munera. dicuntur munera quia dantur ſeu offerunt̄ ab inferioribus. hoc enim ſacrifi cium miniſterio ſacerdotum offertur deo patri. Hec ſan/cta ſacrificia dicuntur. qꝛ fi/unt pro peccatis noſtris. Di cuntur autem illibata. id eſt incorrupta. non ꝙ illa accidē tia nō poſſunt corrumpi. ſed ꝙ contentum ſub eis ſcilicet corpus chriſti et ſanguis nō corrumpitur. Juxta illud. Non dabis ſanctū tuū vide re corruptionem. Fiunt au/tē tres cruces in verbis iſtis

Hec dona. hec munera. hec ſctā ſacrificia illibata. Pro quo ſciendū ꝙ ſacerdos ideo vtitur ſepius ſigno cruc circa hoc ſacramentū magis ꝙ̄ circa aliud. quia iſtud ſacrm̄ eſt magis memoriale paſſionis chriſti que ad crucē ē terminata. Fiunt aūt hic primo tres cruces ad deſignādū triplicem chriſti traditōez. quarū prima fuit gratioſa a deo prē ex dilectiōe. q̄ ꝓprio filio ſuo nō pepcit ſ ꝑ nob tradidit illuz. Secūda fuit a iuda. que fuit ex auaricia ꝛ cupiditate. eo ꝙ pecuniaz pro eo recepit. quā appellat mercedē iniq̄tatis. Tercia fuit a iudeis q̄ fuit ex inuidia. q ſciebat pilatus ꝙ ꝑ īuidiā tradidiſſēt eū Quia igit deꝰ pater dedit eū nobis in donuz. iō ꝑ̄ma crux fit cuz dicit. hec dona. Et q iudas ꝑ munere tradidit eū. iō ſcōa crux fit cū dr. hec munera. Q vero iudei ad mortē tradiderūt eū vt crucifigeret in ſacrificiū illibatū. iō tercia crux fit cū dr. hec ſctā ſacrificia illibata. Vl etiā ſm guil. manitinenſem. tres cruces fiunt in reuerentiā eius qui eſt trinus deꝰ in ꝑſonis. cuiꝰ potentia fit cōuerſio panis, ꝛ vini. Et ſm Bern. ꝺ parātinis ſignificat crucifixionē triplicē. quaꝝ prima fuit in volūtate et affectu qn̄ collegerūt pontifices ꝯciliū. Joh. xi. et Matth. xxvi. Scōa fuit in vocibus clamantiū. crucifige crucifige Luce. xxiij. ꝛ Joh. xix. Tercia in crucifixiōe manuū et pedū. Luce. xxiij. Eſt itaq ſenſus iſtoꝝ verborum quantū ad triplicē effectum. Nā q chriſtꝰ datꝰ ē liberalit iō dr dona pluralr. q ꝓ̄o datus ē vtilr. iō dr munera. ꝛ q datus ē vt nos ſctificar mētalit. iō dr. ſacrificia illibata. id ē īmaculata. S quare dr pluralit dona munera ꝛc. ꝛ nō donū munꝰ ꝛc. cū hic n̄ fiūt plura ſacrificia ſeu ſacramenta ſed vnū tm̄. Rn̄det ꝙ licz corpus et ſanguis chriſti ſint ꝓprie loq̄ndo ꝯpoſita diſtincta. tn̄ dicunt vnū integritate. ſicut ꝯmeſtio in vna mēſa quantūcunq fercula ſunt diuerſa aut potus diuerſi. nihilominꝰ dicit vna ꝯmeſtio. ꝛ hoc vnitate integritatis. q cibus ꝛ potꝰ ſimul integrant refectionē: et habēt vnū effectū et nutritōem. Et iſto mō iſtō ſacrm̄ dicit vnum. Qn̄ g̃ dicūt dona munera pluralit

referꝛ ad illas ſubſtātias pa-
nis ⁊ vini q̄ plura ſūt ꝯpoſita
ꝑ ſe ⁊ nō dū ſūt corp⁹ ⁊ ſāguis
chriſti vnū. Vn̄ ſm Gorram
ſup Mat. q̄uis ibi ſint plura
materialr̄. nō tn̄ formalr̄ ꝓpꝛ
vnā opatōez quā intēdūt. ſcʒ
refectionē ſpūalem.

Equitur

ſ In primis q̄ tibi of
ferimus. vbi ponitꝛ
optatio ſalutis eoꝝ ꝓ q̄b⁹ of
fertur h̄ ſacrificiū ⁊ cui. quia
deo pr̄i. vn̄ dic̄. i p̄mis. i. p̄nci
paliter tibi. Scd̄o q̄s offert.
qꝛ ſacerdos ex ꝑte toti⁹ eccl'ie
id̄ dic̄ offerim⁹. n̄ offero. Ex
q̄ ptʒ ꝙ malicia ſacerdotiſ nō
viciat effectōez ꝯſecratōis. qꝛ
nō offert ex bonitate vl' mali
cia ꝓpa. ſʒ ex officio qd̄ gerit
ex ꝑſona eccl'ie. Tercō ꝓ quo
offertꝛ. Et p̄mo qꝛ generalr̄ ꝓ
tota eccīa. vn̄ dic̄. ꝓ tota eccle
ſia catholica. i. vniuerſalr̄ to-
to orbi terraꝝ diffuſa: ⁊ fidei
ſacr̄is vnita. n̄ ꝓ ſynagoga iu
deoꝝ abiecta ⁊ diſpſa vbiqꝫ ꝑ
diabolū Quarto oñdit q̄d pe
tit. vn̄ dic̄. quā. ſ. eccl'iaʒ paci
ficare digneriſ. vt. ſ. pacē hēat
ab hereticiſ ⁊ ſciſmaticiſ. digne
ris etiā eā adunare. i. ī vnitatē
colligere q̄ diſꝑſa ē intꝛ ꝑfidos
vl' paganos. Ul'ꝛ ſm guil'. ma
nitinen̄. orat hic p̄ſbiter ꝓ in-
uicē diſcordātibꝫ. vt vniantꝛ i
charitate Additꝛ aūt. vt cuſto
dire digneriſ. ſ. a vicijs ⁊ d̄mo
nib⁹. et regere. ſ. in ꝓſpis. Dei
de orat ꝓ ꝑſonis ſingularibꝫ.
⁊ p̄mo ꝓ capitaneis eccl'ie. ſ.
papa. q̄ v̄ba addidit Clemēs
⁊ poſtea Pelagi⁹ papa ꝯfir-
mauit. vn̄ idē dic̄. Cōſtat ab
vniuerſo orbe ſeꝑatū eſſe qui
ob quālibet diſſenſionē inter
ſacra myſteria apl'ici pōtificiſ
ſm ꝯſuetudinē memoriā non
freq̄ntat. Deinde ꝓ ep̄o ꝓp̄o.
vnde dicit. ꝓ antiſtite nr̄o. qd̄
ep̄s celebrāſ obmittit cum ſit
met antiſtes. poſt h̄ addit de
ſeculari p̄ncipe. vn̄ dicit. ⁊ p̄n
cipe nr̄o. hoc eni ē ꝯſiliū apl'i
. i. ad Thi. ij. c. vbi inq̄t. Ob-
ſecro p̄mo oīm fieri obſecrati
ones. orōes: poſtulatōes: ⁊ g̃
tiaꝝ actōes ꝓ oībꝫ hoībꝫ. pro
regibus et ꝓ oībꝫ q̄ i ſublimi
tate ſunt ꝯſtituti. vt q̄etam et
tranq̄llā vitā agam⁹ in oī pie
tate ⁊ caſtitate. Debʒ aūt intē
tio celebrātiſ fieri ad ꝑſonā il
li⁹ epi i cui⁹ dyoceſi celebrat.
Rome tn̄ n̄ dr̄. ꝓ antiſtite no
ſtro. qꝛ ibi papa ē ep̄s. Silr̄
dicēdū de p̄ncipe illo in cui⁹
regno vel ducatu celebrat. de

Unde deſcēdit generalit̄ orādo p omnib⁹ fidelib⁹. Unde dic̄. ⁊ p oīb⁹ orthodoxiſ. i. veriſ catholiciſ. nō ſciſmaticiſ vl' hereticis. Uñ orthodoxus d̄r ab orthos ti. qd̄ ē rectū. ⁊ doxis gl'ia vl' doctrīa. q̄ſi recta gl'ia vl' doctrina. Qui g̊ recte gl'ificant deū et rectā fidei doctrinā ſequunt̄ orthodoxi vocāt̄ atq; apl'ice et catholice fidei. id ē p apl'os fundate ⁊ p̄dicate fidei cultoribus

Emento

m etiā dñe faml'oꝝ famularumq; tuaꝝ. vbi iteꝝ deſcēdit in ſpēali ad memoriā certaꝝ pſonaꝝ. Uñ licz de⁹ noſcat oīa. nec op⁹ eſt ſibi demōſtrare pſonā p qua orat p̄ſbiter. cū oīa nuda ſint ocul' ei⁹. Heb. iiij. Sz tamē obliuiſci d̄r illoꝝ q̇b⁹ grāz ſuam nō infundit. Sil'r d̄r illorum recordari q̇b⁹ grāz ſuam ⁊ dona largit̄. Et ē mod⁹ vulgariū q̄ cōit̄ dicūt tribulati. de⁹ oblitus eſt mei. Petit ergo hic duo. Prīo explicite p q̇buſdā. ſcd̄o p oīb⁹ circūſtātib⁹. Uñ dic̄. memēto dñe famuloꝝ famulaꝝq; tuaꝝ. non dic̄ ſuoꝝ. q2 ſeruit⁹ pctīn deſignat. Joh. viij. Qui fac̄ peccatū ſeru⁹ ē pcti. Et tales q̄diu ſunt ī pctiſ obliuiſcunt̄ a deo. iuxta illō. Pctōres ñ exaudit de⁹. Joh. ix. Sz famulus d̄r a fauore. q2 ē ī fauore ⁊ grā dñi. vt ſūt pctōres ꝯuerſi ⁊ penitētes p pctis. ⁊ tl'es deus nouit. vñ petit p̄ſbiter recordari taliū. Et ſciēdū q̄ ſacerdos dz facere mēoriā ordiate. vt. ſ. p̄mo oret p ill' qui ſūt maiori charitate diligēdi Et q2 ordīata charitaſ īcipit a ſe. iō p̄mo fac̄ mēoriā ſuiip̄ius. cogitādo tm̄ mēte vl' exp̄mēdo vt de⁹ ſui miſereat̄. ⁊ dimittat pctā et tribuat grāim. Deinde orat p prē ⁊ mr̄e pentib⁹ et fratrib⁹ atq; ſororibus Tercio p bñfactorib⁹. Quarto p inimiciſ et p pſecutorib⁹. Quīto p infidelib⁹ vt ꝯuertātur ad fidē. Et hic q̇dā faciūt eis diſpoſitōz ī mēte ſatiſ pulcrā. faciētes talē memoriā ad ſil'itudinē ordis caſuū. q̇ꝝ p̄mus eſt ntūs. in q̄ ſuiip̄i⁹ recordant̄. Secūdus gtūs. ⁊ ſignificat genitorem. i. pentes. Tercius datiu⁹. ⁊ ſignificat datorē vl' benefactorē. Quartus accuſatiu⁹. ⁊ ſignificat accuſatorē vl' inimicū. Quītuſ vtūs. et ſignificat vocandos ad fidem. Sextus ablatiuuſ

ꝛ ſignificat mortuos a nobis
ablatos. Et de iſtꝭ fit mentio
ī ſcđa mēoria Sʒ q̄re pͦ ꝓ vi
uis q̄ȝ p mortuis oramꝰ. Rñ
deo qꝛ viui ſūt ī maiori picło
qꝛ pñt dānari. mortui aūt ꝓ q̄
bus orant ſūt ī purgatorio. de
q̄bꝫ nō timet. Et de iſta mēo
ria dʒ ſe cito expedire ppt di/
ſtractōeʒ mētis ꝛ euagatōeʒ.
Nō ſic q̄dā faciūt dormitātes
ī tali mēoria. ita ꝙ q̄nq; ppła
res rcedūt a miſſa tedio victi.
ꝛ h̄ eſt ſcandalū: et ꝑ ꝯſequēs
fugiendū

Equitur.

S Et oīm circūſtātiū.
id ē audiētiū miſſaȝ
digneris eſſe ppiciꝰ. q̄s videſ
in te credere recte ꝛ te deuote
diligere. Et ex h̄ ptʒ ꝙ valde
vtile eſt intereſſe miſſe. qꝛ pro
talibꝫ ſpēalit orat. Uñ ſtatu/
tum eſt vt oēs fideles audiāt
miſſam dñicꝭ diebꝫ ꝛ feſtiuis
diebꝫ. de ꝯſe. di. i. oēs fideleſ.
ꝛ. c. miſſaſ. Et dicūt doctoreſ
h̄ idē eſſe p̄ceptū vt ibidē ptʒ
Seq̇t. p q̄bꝫ tibi offerimꝰ vł
q̄ tibi offert. i. ñ ſolū ilł digne
ris miſereri ꝓ q̄bꝫ h̄ offerimꝰ
ſacrificiū laudis. ſʒ etiaȝ ilł q̄
ſoli h̄ offerūt ꝓ ſe ſuiſq; oībꝫ
vicʒ ꝯſanguineiſ ꝛ affinibꝫ fa
miliaribꝫ ꝛ amicꝭ. p redēptōe
aīaȝ ſuaȝ. q. d. nō ꝓ tpali lu/
cro ſʒ ꝓ ſpe ſalutꝭ ꝛ incolumi
tatꝭ ſue. i. p ſalute ꝛ incolumi
tate ſua ſperāda. Et qꝛ bona
hoīs triplicia ſūt. iō p eterniſ
p̄us orat. ſ. p ſpe ſalutiſ. ſcđo
ꝓ corpalibꝫ. iō dic̄. icolumita
tis. i. corpalis ſanitatis. tercō
ꝓ ſpūalibꝫ. iō dicit ſeu addit.
p redēptōe aīaȝ ſuaȝ Seq̇t.
q̄ reddūt vota ſua eťno đo vi
uo ꝛ v̄o. Uota dicunt illa q̄
volūtarie pmittūt. Dicūt au
tē vota nr̄a. qꝛ fiūt a nobiſ ex
libertate arbitrij ſine coactōe
Dicūt etiā dei. qꝛ ꝑ gr̄aȝ eius
fiūt quam dat ilł q̄ vouēt vt
poſſint etiā ea pficere. Sʒ
circa p̄dicta q̄rit q̄re p̄ſbit nō
orat p̄mo p ſe. ſʒ pͦ et p̄ncipa
lit orat p papa ꝛ ſe obmittit.
Ad qđ dōm ꝙ ibi orat vt ꝑ/
ſona publica. iō publicū bo/
nū ſeu cōe ptulit ppo bono. h̄
aūt orat vt pſōa ſinglarꝭ itrā
do mēoriā ſingulariū ꝛ p̄uata
rū ꝑſonaȝ. ꝛ iō p̄ponit ſe oībꝫ

Ommuni

c cātes. poſtq̄ȝ poſuit cō
memoratōneʒ illorū q̄
ſalute indigēt. h̄ ponit illoſ q̄
ad ſalutē adiuuāt. vt ſūt ſcti.
Et p̄mo ponit eos ī generali

Scḋo in ſpeciali. Dicit ḡ. cō mūicantes Et h̄ ꝯpoſuit Linus papa. Cōmunicantes .i. ꝑticipātes cū ſctīs. in hoc ꝙ deū videmus. licȝ differenter. qꝛ nos ꝑ fidem: ipi ad oculū. Tū exquo idē obiectū habemꝰ cū illis .ſ. vnū deū. ḡ ꝑticipamꝰ cū eis. ꝛ mēoꝛiā venerātes .i. venerāter colimꝰ. In ꝓmis gl'ioſe ꝟginiſ marie genitriciſ dei ꝛ dn̄i nr̄i ieſu chꝛiſti ſȝ et btōꝝ apl'oꝝ ac martyrū tuoꝝ petri ꝛ pauli. vbi ponit xij. apl'os. ꝛ. xij. martyreſ Cōfeſſoꝛes aūt n̄ ponit. Cuiꝰ rō eſt. qꝛ tp̄e q̄ poſitꝰ ē canō n̄ celebꝛabaẗ memoꝛia ꝯfeſſoꝛuȝ ita ſolēniẗ. vl' iō ponūẗ martyres. qꝛ imitati ſunt chꝛiſtū in paſſiōe. ꝛ maximū honoꝛem oſtēderūt ꝓ ipo moꝛiētes. qḋ nō fecerūt ꝯfeſſoꝛes. h̄ autē ſacrificiuȝ eſt maximi amoꝛis. Ponunẗ etiaȝ aliq̄ martyꝛes minꝰ notabiles, qḋ factū ē diuina diſpenſatōe Nā vt dicitur dum ſctī p̄res deleuiſſent iſtos ꝛ alios ſcribere vellent. cras īuenerūt illos ḋletos aureis lr̄is ſcp̄tos. vn̄ bonū ē etiam aliqn̄ minꝰ ſctis reputatꝭ reuerētiā impēdere. ꝛ eoꝝ ſuffragia poſtulare. Qꝛ ſm̄ tho. q̄buſdā ſctis datū eſt patrocinari ſpēaliter et ī ſpecialibꝫ negocijſ. vt btō Anthonio ꝯ ignem ꝛc̄. Pꝛeponiẗ aūt oībꝫ ſctis btā virgo maria. qꝛ ipa ē ſalutꝭ nr̄e p̄cipua adiutrix. ꝛ ipa in celo p̄muȝ locū tenet poſt dei filiū. deīde ponūtur apl'i: qꝛ ipi tradiderẗ nob̄ foꝛmā ꝛ ritū huiꝰ ſacrificij. deinde martyres q̄ ꝓ illo q̄ eſt ī h̄ ſacramēto ſe obtulerẗ hoſtiaȝ viuentē. Petimuſ aūt hic eorū ſuffragiū ſignificāteſ ꝙ q̄diu ſumꝰ in hac vita neceſſe habemuſ eoꝝ ſuffragia poſtulare. cū ipi chꝛiſto ſint in gl'ia ꝓpinqui. vn̄ poſſunt nob̄ impetrare gl'iam. Poſt eleuatōnem ꝓo petimꝰ eoꝝ ꝯſoꝛtiū: deſignātes ꝑ h̄ ꝙ poſt reſurrectōnē iūgemur ſctōꝝ ꝯſoꝛtio ꝛ n̄ īdigebimꝰ ſuffragio. Nō dirigimꝰ aūt oꝛōnes nr̄as ad ſctōs. vt ꝑ eos impleanẗ que poſtulamus. ſȝ vt eoꝝ p̄cibꝰ nr̄e oꝛōnes ſoꝛtianẗ effectum In q̄buſdam libꝛis ponitur hic ſignū crucis cū diciẗ. muniamur auxilio. ſȝ nō habȝ fūdamentū. cū nō petimꝰ h̄ muniri ſigno crucꝭ ſȝ patrocinio ſctōꝝ. Quō aūt ſctī vidēt oꝛatōes nr̄as. dicit hic Bern̄. de parātinis ꝙ n̄ cognoſcūt eas cognitiōe naturali vel beata.

ſed virtute reuelatõis ꝑ quaꝫ cognoſcunt orõeſ noſtras vocales ſiue mẽtales. Fit etiam additio in quibuſdã feſtiuitatibꝫ. qꝛ ibi petimus ꝓtectiõeꝫ diuinã ſpecialẽ. vt in natali. i epiphania. in paſca. aſcẽſione ꝛ pentecoſte. In quibꝫ ſpecialia dona circa noſ facta recolũtur. que nobis dari tũc poſtulamus. In fine autẽ hic ñ dicitur amen. quia angeli reſpondent amen.

Hanc igitur

oblatõnem. H addidit Leo papa ãno domini. ccccxliiij. vbi q̃ſi ↄꝓhẽdendo oĩa ſupradicta ſũmarie cõcludit. Petit ergo q̃ttuor. Prĩo petit acceptatõeꝫ oblatõnis. Vñ dicit. Hãc igit oblatõeꝫ ſeruitutis nr̃e. Et vide quare hic p̄ſbiter ſpẽaliter appellat ſe ſeruũ. ſupiꝰ ꝟo alios appellat famulos. Rõ qꝛ q̃libet debet ſe reputare pctõrẽ ꝛ ñ alios. Dicit aũt hec oblatio ſeruituſ. qꝛ ſumꝰ empti iſta oblatõe. iuxta illđ. Empti eſtis p̄cio magno. Sꝫ ꝛ cũcte familie tue q̃ tibi famulant et ſeruiunt. vt placatꝰ accipias. licꝫ enĩ deꝰ ſit ſp placatꝰ. i. miſericors ꝗtũ ẽ i ip̄o ſacrificio. tñ ſepe offendit ex ꝑte miſtrorũ qñ ſunt ĩ pctõ. Seq̇t. dieſqꝫ nr̃os. vbi petit fedꝰ pacꝭ. Vñ dicit. dieſqꝫ nr̃os in tua pace diſponas. ꝛ loq̇t nõ ſolũ đ pace tꝑis ſꝫ etiã pectoriſ. que eſt ceſſatio a pctis atqꝫ ab eterna dãnatõe. Noſ eripi. vbi petit euaſionẽ carceris. ſ. damnatõnem ꝑpetuã Et in electoꝝ tuorũ iubeas grege numerari. vbi petit adiunctionẽ cũ electis. ꝑ ieſum chriſtũ dñm noſtꝝ. Et iſtã ꝑticulã ſctũs gregoriꝰ ↄpoſuit. Fit aũt appoſitio iſtiꝰ ꝑticl'e certꝭ diebꝫ. vt ĩ reſurrectiõe ꝛ pẽte. Ex q̃ enĩ petimꝰ remuneratiõeꝫ q̃ fit ꝑ reſurrectõeꝫ chriſti ꝛ ſpũſſancti miſſiõꝫ. iõ tũc fit additio. ſm alios etiã ĩ cena dñi. qꝛ ꝑ illud ſacrificiũ tũc inſtitutuꝫ dat remuneratio. iuxta illud. Qui manducat hunc paneꝫ ꝛc̃. Hec aũt verba dicens ſacerdos ſe ꝓfunde inclinat: ſignificans ꝙ legalis ſacerdos ſũmo conamine obumbrabatur ne videret. vl' quia orauit chriſtꝰ ꝓfunde ſe inclinãdo ꝛ hũiliãdo añ horã paſſiõiſ

Seq̇tur ſcđa ps canoniſ.

Quam oblationeꝫ

lationeꝫ ꝛc̃. Hec eſt

ſecunda pars canōis.in q̄ po
nit̄ ſacrificij ꝯſecratio.Et ha
bet tria dicta.Prio nāqꝫ vir/
tus ꝯſecrādi petit̄ Scd̄o ipa
ꝯſecratio ꝑficit̄ .ibi.q̇ pꝛidie.
Tercio rei ꝯſecrate ꝯmemo/
ratio expꝛimit̄ ibi. vn̄ et mēo
res.Circa ṗmū pꝛimo ponit
ſacrificij oblatōem.Secūdo
oblatōis bn̄dictionē.ibi.q̄ſu
mus benedictā.Tercio ſacri
ficij trāſſubſtātiatōez.ibi.vt
nobis.Dicit ergo.quā obla/
tōnē.i.terrenā materiā ad coꝛ
pꝰ filij tui deſtinatā.ſm guil'.
manitin̄.Tu deus q̄ſumꝰ in
omnibꝫ.i.tota cogitatōe.tota
cognitōe.tota mente.⁊ toto ī
tellectu digneris facere bn̄di
ctā.i.ꝑ quā hoīes bn̄dicant̄.
Aſcriptā.i.ꝑ quā hoīes aſcri
bunt̄ in celo.Ratā.i.ꝑ quā de
viſceribꝫ chꝛiſti eſſe cenſentur
Ratōnabilē.i.ꝑ quā a beſtia/
li ſenſu exuant̄.Acceptabilez
vt q̇ nobiſmetipiſ diſplicemꝰ
ꝑ hanc acceptabiles vnico fi
lio eiꝰ ſimꝰ.Ita expōit Aug.
de ꝯſe.diſt.ij.vtꝫ ſub figura.
Sꝫ Inno.exponit referēdo
ad chꝛiſtū.bn̄dictā.i.īmunē
a peccato.aſcṗtā.i.ſcṗturꝭ ṗ/
nunciatā et figuratā.Ratam
id ē nō trāſitoꝛiā ſicut vetꝰ lex
Rationabilē.i.q̄ſi nō peculia
lem.ſicut erat hoſtia legalis.
que nō mūdabat a pctō.acce
ptabilē ꝯtra illaz:de q̄ Iſa.et
Hiere.dicunt.Obtuliſti ho
ſtiā nō acceptā.Cōmunit̄ tn̄
hoc refertur ad differētiā ob/
latiōis iude.Illa enī traditio
fuit maledicta.ideo iſta ſit bn̄
dicta.Illa aūt ꝓſcripta vl' di
ſcripta de libꝛo viuentiū.id̄o
digneris facere aſcriptā illaz
Illa fuit irrita.i.iniqua ⁊ de/
teſtabilis.ideo deus fac iſtaz
ratam.Itē illa fuit irratōna
bilis.id̄ deꝰ fac iſtā rōnabilē.
id ē ratōe plenam.vt fiat rati
onabile nr̄e ſuitutis obſeq̄ū.
Ille reddidit mala ꝓ bonis:
ꝓpter qd̄ repꝛobatꝰ ē.ſed tu
deus fac hāc acceptabilē per
quā tibi nos reddaſ acceptoſ
Fiūt autē hic q̇nqꝫ ſigna cru
cis.treſ ꝯmūes ſuꝑ panē ⁊ ca
licē ſimul.q̄ꝛta autē ſuꝑ panē
⁊ quinta ſuꝑ calicē ꝑ ſe.Et ſi
gnificant q̇nqꝫ loca vulnerū
eius.Uel ſm Innocen.tres
ſignificant triginta denarios
ꝓ quibus venditꝰ eſt chꝛiſtꝰ.
Due autē vēditionē ⁊ empti
onē ſiue vēditoꝛē et venditū.
Uel ſm Bern̄.de parātinis:
⁊ ſm Guil'.manitin̄.ſignifi/
cāt tria q̄ chꝛiſtꝰ fecit circa h̄
ſacramentū.Nā accepit.be/

nedixit ꝛ dedit.ecce tria. Et ſpecialiť fit crux ſuꝑ oblataꝫ ꝛ vna ſuꝑ calicē. quia dixit. Hoc eſt enī corp⁹ meū. ꝛ iterū.bibite ex h oēſ. Et ſeqtur. vt nobis corp⁹ et ſanguis fiat dilectiſſimi filij tui dñi nr̄i ieſu chriſti Ubi petit trāſſubſtantiatiōem panis ī corpus chriſti ꝑ hoc verbū:cū diť fiat. Illud enī eſt verbū creatōnis ſiue creatoris. Geñ.i.vbi dixit.fiat lux.ꝛ ſequiť.ꝛ factū eſt ita. Et non dicit ſacerdoſ. vt faciā corpus chriſti. qꝛ nō eſt niſi miniſter hui⁹ conuerſionis Ideo nō in ꝓpria perſona ſed in ꝑſona xp̄i dicit. fiat Dicit aūt dilectiſſimi filij tui qꝛ nullus pōt eſſe dilect⁹ deo q̄ntūcūqꝫ ſctūs ſicut chriſt⁹. rōe cui⁹ dilectōis ꝓpter ip̄m totius mundi peccata īdulſit Fiunt autē due cruces. vna ſuꝑ panem.alia ſuꝑ calicē:ad ſignificandū ꝙ hoc ſacramētum valet ad ſalutē corporiſ et anime.

Sequiť.qui pridie. Hec verba addidit alexander p̄mus anno dñi.cxxij. Et hic ꝑficiť conſecratio. Circa qđ primo rep̄ſentať quid chriſt⁹ in cena fecit. Unđ dicit. Qui p̄die.i. vna die anteqꝫ paſſus eſt. vel vna die p̄cedēte añ paſſionē. accepit panē.ꝛ in hocloco ter ſis digitiſ ſuꝑ corpale accipit ſacerdoſ hoſtiā reuerēter. Et debꝫ eam tenere ſubmiſſe nō oſtendēdo populo vel miniſtro.ne videať aliquo mō añ conſecratōeꝫ. Unde diť. accepit panē in ſanctas ac venerabiles manus ſuas.ꝛ eleuatis in celū oculis ad te deum patrē ſuū omnipotentē. Et hic eleuat ſacerdos oculos ſupra celum.in quo chriſt⁹ ſignificatur. qꝛ ocľos mētiſ debem⁹ eleuare in celū vñ veniat auxiliū nobis.vt dicit ī pſal. Qꝛ omne bonū deſurſum deſcendit. Sequiť. Grās agens nō ꝓ ſe ſed ꝓ nr̄a redemptōe. benedixit.ꝛ fit ibi crux ſuꝑ hoſtiaꝫ.que ſignificat ꝙ chriſt⁹ paſſus eſt in natura hūana.ſ. in corꝑe et anima. quia dixit Triſtis eſt aīa mea vſqꝫ ad mortē. Et iđ ꝑ ſe bñdiciť hoſtia et ꝑ ſe calix. Et nō intelligas ꝙ chriſt⁹bñdixit.i.crucē fecit ſuꝑ panem.cū virt⁹ crucis nulla fuit ante paſſionem ei⁹.ſꝫ bñdixit.i. verba ꝯſecratōis.ſcꝫ illa.hoc eſt enim corpus meum:ſuꝑ paneꝫ ꝓtulit.

q̃rũ virtute v̾borũ facta ē ſta tim bñdicta trãſſubſtãtiatio panis in corp⁹ chriſti. vnd̄ ex pone.bñdixit. i.vim bñdictõ nis v̾bis p̱ ip̄m p̱latis dedit. vt trãſſubſtantiaret̄ panis in corpus chriſti vex.Seq̄t̄.ac fregit.deditq̄ꝫ diſcipulis ſuiſ dicens. Accipite ⁊ ꝯmedite.

Ubi ſciēdũ ꝙ licꝫ hic dica tur ꝙ xp̄s p⁹ fregit ⁊ tũc ꝯſe/ crauit. tñ ita ñ ītelligēdum ē ꝙ xp̄s p̄uſ fregiſſꝫ ⁊ tũc bñdi xiſſꝫ.ſꝫ ꝙ xp̄s p⁹ bñdictõeꝫ ⁊ ꝯuerſiõeꝫ fregit. Uñ ſic con ſtrue lr̄aꝫ .Accepit panē ⁊ bñ dixit.ſ.dicēſ.h̄ ē eī corp⁹ meũ ⁊ tũc fregit deditq̄ꝫ diſcipuliſ ſuis dicēs. accipite ⁊ ꝯmedi/ te h̄ ē eni corp⁹ meũ. Pri⁹ g̊ p̱ tulit illa v̾ba vt eis vim ꝯfici endi tribuerꝫ .deīde ea p̱tulit vt apl̄os formã ꝯficiēdi doce ret. Jta dicit Guil̄. Cõmũit̄ tñ d̄r.ꝙ ſemel p̱tulit chriſt⁹ il la v̾ba .tũc ſcꝫ qñ voluit dare apl̄is. Uñ dãdo eiſ tũc bñdi xit p̱ illa v̾ba iã dicta.ſ.hoc ē eni corpus meũ . Jtem dicit Gorra ſup matth̄ .Et ita p̱ il la verba ſemel p̱lata ſit̄ ꝯfecit ⁊ formã ꝯficiendi dedit. vt di cit Bernñ.de parãtinis .Un/ de ſenſus ē.bñdixit fregit de ditq̄ꝫ diſcipul̄ ſuis. ⁊ tunc di xit. Hoc eſt eni corp⁹ meum Et iſte eſt verus intellectus.

Hoc eſt eni corp⁹ meũ. Jſta ē for ma ꝯſecratõnis vene rabilis ſacramẽti eucbariſtie quã dicens ſacerdos habeat intẽtõnem verã ꝯſecrãdi cor puſ chriſti. Nõ obmittat aũt illã ꝯiũctõeꝫ eni.qꝛ licꝫ nõ ſit de ſubſtãtia ſacr̄i. eſt tñ de eſ ſentia p̄cepti.vnd̄ g̃uit̄ pecca ret obmittens eã. Aliq̄ v̾o di centes iſta v̾ba tenēt hoſtiam in manibꝫ.ita ꝙ poſſit videri a circũſtãtibꝫ.quod eſt graue periculũ.qꝛ tunc poteſt ado/ rari p̱ ſimplices ante ꝯſecrati onē. qd̄ erit graue peccatum idolatrie.Et ideo teneat eam valde depreſſe in altari ne vi/ deatur. Fit autē eleuatio ho ſtie ſacratiſſimi corp̱is chriſti vt oſtendat̄ omnibꝫ oblata eſ ſe ad ſalutē.iuxta illd̄.Ego ſi exaltat⁹ fuero a terra ⁊c̄.Se cundo vt extunc populus co gnoſcat eſſe veritatē ſacramē ti que non prius facta eſt.ſed mõ vt iaꝫ ſciat veraciter ado rare deũ p̄ſentem.Expoſitio autem iſtius forme verborũ requiratur ſupra in tractatu de ſacramẽtiſ circa ſacramẽtũ

eucharistie .vbi ſufficiēter expedita eſt. Seq̄r. ſilr ⁊c. vbi ponit̄ forma ꝯſecratōnis ſanguīs chriſti. Ubi ſciēdū ꝙ ſacerdos volēs ꝓferre iſta v̄ba dꝫ ipm calicē accipe ambabꝫ manibꝫ .⁊ cū dicit. Bn̄dixit. dꝫ facere crucē ſup calicez :tenēdo calicē ī manu ſiniſtra ne tactu vl̄ impētu cadat. Crux ſup calicē ſignificat paſſionē chriſti ī aīa: vt dictū ē. ⁊ etiaz n̄ram ſalutē ī aīa .⁊ facta cruce dꝫ tenere calicē ſicut priuſ Et hoc facto ꝓfert v̄ba conſecratiōis habēdo intētōez ꝯſecrādi ſanguinez chriſti. Et ſi ꝑt h̄re actualē eſt tāto melius Debet aūt ꝓferre v̄ba iſta ſine aſpiratiōe magna. nō ſic̄ q̄dā fatui faciūt: faciētes anhelitū magnū ac peſſimū in hoſtiā vel calicē. ita ꝙ aſtātes ſcādalizantur. Unde dicit. Similit̄ poſtq̄ꝫ cenatū ē accipiēſ hūc ꝑclaꝝ calicē. Et ponit̄ h̄ ꝯtinēs ꝓ ꝯtēto. i. vinū cuꝫ aq̄ mixtū in calice ad trāſſubſtātiādū in ſanguinē ſuū. Dicit etiā hūc calicē. qꝛ idem ē nūc q̄ fuit tūc in ſpecie ſimilis q̄ntū ad materiā calicis. q̄ntum v̄o ad ꝯtētū chriſti ſanguinē idē ē in nūero nūc q̄ fuit tunc Addit aūt ꝑclaꝝ. qꝛ iſtō ſacriſiciū inter oīa eſt ꝑclariſſimū Un̄ pſ. Calix meꝰ inebrianſ q̄ꝫ ꝑclarꝰ ē. Sequit̄. in ſctās ac venerabiles manꝰ ſuas. q̄ tpe recipiat ſacerdos calicez in manꝰ. Sequit̄. Jtē tibi gr̄as agēs. qō referas ad illud qō dictū eſt. ſili mō. ⁊ facit ſicut ꝑus agēdo gr̄as deo pr̄i. Seq̄r. Bn̄dixit deditq̄ꝫ diſcipulis ſuis dicēs. Accipite ⁊ bibite ex h̄ omnes ⁊c.

Hic eſt enī

calix ſanguīs mei noui et eterni teſtamēti myſteriū fidei. q̄ ꝓ vobis ⁊ ꝓ multis effundet̄ ī remiſſionē pctōꝝ. Hoc totū ē de forma conſecratōis ſanguis. ⁊ exponit̄. hic eſt calix ſanguīs mei. id ē. hic ē ſāguis meꝰ ī calice ꝯtētus. noui. i. vltimi: ⁊ et̄ni id ē ꝑpetui teſtamēti. myſterium fidei. i. habens ſecretā et abſconditā intelligentiā tenēdā ꝑ fidem. qꝛ aliō videt̄ ⁊ aliud ſub viſis ſpeciebꝰ firmit̄ eſſe credit̄. q̄ ꝓ vob et ꝓ ml̄tis effundet̄ ī remiſſionē pctōꝝ. Dic̄ notāter ꝓ ml̄tiſ. ⁊ nō dic̄ ꝓ oībꝫ. qꝛ licꝫ ꝓ oībꝫ effuſuſ ē q̄ꝫtū ad ſufficientiā. ita ꝙ ſufficiens eſt ſaluare omnes. nō tn̄ quantū ad efficaciā. qꝛ nō

om̄es efficiunt̄ ſaluati ꝑ ipm Dicit aūt ꝓ vobis.q.d.iudeis.q꞉ apl'i iudei erāt. ⁊ ꝓ multis.ſ.gentilibꝫ.in remiſſionez pctōꝝ.i.ppt̄ remiſſionē peccatoꝝ. His dictis eleuat ſacerdos calicē vt ppl's adoret sciēs iā ibi veraciter eſſe ſanguinē chriſti. Aliq̄ aūt eleuāt tectū calicē. aliq̄ diſcooꝑtū: ſed nō eſt vis. Nam cooꝑt⁹ deſignat occultū ⁊ difficile myſteriū ſacramēti hui⁹. diſcooꝑt⁹ autē ſignificat ſeꝑatōnez ſanguinis chriſti a ſuo corpore tꝑe paſſionis. Et ob hāc etiā cauſam ſeꝑatim cōſecrat̄ corpus chriſti et ſanguis. vt ſignificatio exprimat̄. vt dicit Horra ſuꝑ Matth.xxvi.ca. Hec q̄tiēſcunqꝫ feceritꝫ i mei memoriā facietis. hec clauſula q꞉ tā ꝯſecratiōis corꝑis q̄ꝫ etiā ſanguis reſpicit ꝯplemētū. iō poſt vtrūqꝫ eſt dicenda

Sciendū etiā ꝙ tꝑe eleuatōis dꝫ fieri a ppl'o deuota inclinatio. vt dꝛ in.c.ſane. de cele.miſ.et pn̄t dici hec verba a ppl'o. vt dicit glo.ibidē Salue lux mūdi. verbū prīſ. hoſtia vera. viua caro. deitas integra ver⁹ hō. Poſſūt etiā dici iſta Trāſſubſtantiant̄ res iſte in corp⁹ et ſāguinē tuū dn̄e. ad honorē et laudē noīs tui. ad remiſſionē peccatoꝝ et ad ſalutē animaꝝ noſtraꝝ. Poteſt etiā dici tunc pater noſter ⁊c. Vn̄ et memores dn̄e nos ſerui tui. vbi ponit̄ cōſecrate rei ꝯmemoratio. q꞉ enī chriſtus dixit. Hoc facite in meā ꝯmemorationē. ideo et pſbiter dicit. Vn̄ ⁊ mēores nos ſui tui Hoc dicūt miſtri cauſa hūilitatis vocātes ſe ſuos. Sꝫ et hec plebs tua ſctā.i. ꝑ baptiſmū ſctificata. eiuſdē chriſti filij tui dn̄i dei nr̄i tā btē paſſionis. Et hic ſacerdos man⁹ extendit ad modū crucꝭ. vt ꝑ illā extenſionē manuū ſuarū extenſionē manuū xp̄i repſentet in cruce. ꝯ qđ tn̄ faciūt illi qui vix manus mouent vere cūdantes manus extendere i hoc loco. Sed tu miſer ſicut et ego. vt q̄d vereris tāti dn̄i et dei tui repſentare figurā et diſpoſitionē qua te redemit. et non vereris circa illicitas choreas. et forſan amplexus mulierū extendere manuſ pedes brachia atqꝫ totū corp⁹. ⁊ repſentare diaboli figuram Sequitur. necnon ab inferiſ reſurrectionis. vbi ſacerdos contrahit ad ſe brachia et ſignificat ab inferis reſurrecti

onem. Sequitur. ſed et in ce los glorioſe aſcenſionis. vbi ſacerdos erigit altius manus vſqꝫ ad humeros. in ſignū ꝙ chriſtꝰ eleuatis manibꝫ fereba tur ī celū. Et ab hoc loco ſtrī gunt digiti. ſ. pollices ⁊ indi ces vtriuſqꝫ manꝰ. nec diſiū/ gunt niſi qñ opus eſt tāgere ſacrm̄. qđ fit ob reuerētiā ſa/ cramēti. ne digiti aliq̄d tāgāt poſt ꝯtactū corpis chriſti. ne etiā eis incaute aliq̄d cohere at quod ꝑ diſiūctōnē deꝑdat quod eſſet magnū peccatū. iō ſit ſacerdos in hoc m̄ltū cau tus. Seq̄tur. Offerimꝰ p̄cla re maieſtati tue. id ē p̄ om̄ibꝫ aliis clare. quia licꝫ corpa ſan ctoꝝ erunt clara. tñ deus pre clarior eſt in ſua maieſtate. qꝛ eſt ſpeculū ſine macula. Se/ q̄tur. de tuis donis. qđ dicit ratōe ſpiritualiū. ac datis ra tiōe tꝑalium in p̄ſenti. Et q̄d offerimus ſubdit. hoſtiā pu/ rā. quia chriſtus cōceptꝰ eſt ſi ne originali peccato de virgi ne. ſanctā: ſine mortali. imma culatā: ſine veniali. panē ſan ctum vite eterne. panē viato/ ribus p̄ſentis vite ꝑ vita et/ na conſeq̄nda ꝑpatū. ⁊ calicē ſalut̄ ꝑpetue: qꝛ ipe ē reficiēs ⁊ inebriās ī patria. ſm̄ Ber.

de paratinis. Fiūt autē hic q̄nqꝫ cruces. ad deſignādū ꝙ chriſtꝰ ī q̄nqꝫ ſenſibꝫ patieba tur: vl̄ etiā plagas et vulnera duas manuū ⁊ duas pedū: ⁊ vnā later̄: ſm̄ Guil. Mani/ ceñ. Facit aūt tres cruces ſu ꝑ vtrūqꝫ. ſ. corpꝰ et ſanguinē. ⁊ duas ꝑ ſe quālibꝫ ſingl̄arit̄ Scđm aūt Ber. de parāti/ nis ſignt q̄nqꝫ effuſiōes ſan/ guis xp̄i. ſ. ī circūciſiōe. in ſu dore. in flagellatōe. ī crucifixi one: ⁊ ī later̄ aptōne.

Sequit̄ tercia ps canōis.

Supra que ꝓpicio ac ſereno vultu ⁊c̄. hic ponit̄ t̄cia pars canonis in qua ponit̄ effectꝰ ſacramēti q̄ eſt res tm̄. Et ſūt tres ꝑticule. Primo petit̄ do noꝝ acceptatio. Scđo diuie miſericordie īploratio. ibi. ſup plices. Tercio collatio glorie ibi. memēto dñe. Dicit ergo. ſupplices te rogamꝰ. Ubi ſa cerdos cācellat manus ī mo/ dum crucis eleuādo eas. ita ꝙ aliq̄liter ad miniſtꝛ ꝓtrahi pñt. ⁊ ē ſēſus. Supplices te rogamꝰ vt ſuꝑ iſta dona ꝓpi cio ac ſereno vultu reſpicere digneris. ꝓpicio. i. accipiēdo ea tanq̄ꝫ tibi gratuite placita.

ac ſereno .i. miſericordi. iuxta
illud. Illumiet vultũ ſuũ ſu
per nos ⁊c̃. Reſpicere digne/
ris.i.accepta habere digneris.
Vñ ſequit̃. Et accepta habe
re ſicut accepta dignatus es
habere mũera pueri tui iuſti
abel. De iſto abel hr̃ hyſtoria
Geñ.iiij. vbi dicit̃. Reſpexit
dñs ad abel et ad munera e⁹.
⁊ ita fuer̃t deo accepta. Seq̃
tur. ⁊ ſacrificiũ p̃triarche nr̃i
abrae q̃ filiũ ſuũ voluit imo/
lare. Gene.xxij.qđ reputatũ
eſt ei ad iuſticiã. Sequit̃. Et
quod tibi obtulit ſacerdoſ tu
us ſũmus melchiſedech. De
iſto dicit Berñ. de parãtinis
ꝙ fuit primogenit⁹ noe. q̃ vi/
xit tẽporibus abrae. ⁊ iſte ob
tulit panẽ ⁊ vinũ i ſacrificiũ.
grãs agens deo pro victoria
abrae cõceſſa ſup quincꝫ regi
bus. p q̃ oĩa ꝺſignat̃ iſtius ſa
cramenti grata deo accepta/
bilitas. Nã ſic abel obtulit g̃
ta primogenita. ſic chriſt⁹ ob
lat⁹ ẽ p̃mogenit⁹ i ml'tis frib⁹.
Et ſicut abraã vnicũ obtulit
filiũ. ſic chriſt⁹ vnic⁹ dei p̃riſ
oblatus eſt. Et ſic melchiſe/
dech obtulit panẽ ⁊ vinũ. ſic
chriſtus in pane ⁊ vino ſacra
mentũ hoc inſtituit. de q̃ ꝺr.
Tu es ſacerdos ineternũ ſm
ordinẽ melchiſedech. Vocat
aũt abel puer nõ a puericia:
qꝛ fuit vir.xx.annoꝝ. ſꝫ a pu
ritate innocẽtie. Abraã autẽ
dicit̃ patriarcha.i.p̃r fidei ca
tholice.qꝛ p̃mus in deũ credi
dit.et p̃mus incarnatõez p̃co
gnouit Joh.viij. Vidit ⁊ ga
uiſus eſt. Sanctũ ſacrificiũ
immaculatã hoſtiã. Hoc ad
didit Leo papa.

Supplices

ſ Hic petit̃ diuĩe grẽ i
fuſio. Vñ dic̃. Sup
plices.i.hũiles.te rogamus
oĩpotens deus. vbi ſacerdoſ
hũiliter iclinat̃ cancellatis ma
nibus poſitis ſup altare. que
cancellatio ſicut et p̃ma ſigni
ficat ꝙ p crucem et paſſionez
petit offerri iſta. Siniſtra au
tẽ ſupponit̃. p quã ſignificat̃
paſſio xp̄i. Sꝫ dextra ſuppo
nit̃ p quã xp̄i r̃ſurrectio ꝺſig
tur. Seq̃t̃. Jube hᶜ pferri p
man⁹ ſancti angeli tui. qđ ex/
ponit Tho. in. iiij. ſen. di. xiij
nõ ꝙ angel⁹ iſta ꝯſecret cum
ptãtem nõ habeat. ſed oratõ/
nem ſacerdotis et ppl'i deo p̄
ſentat. ſm illud Apocal'. viij.
Aſcẽdit fum⁹ aromatũ i con
ſpectu dñi. id eſt vota vl' ſup
plicatiões fidelium de manu

angeli.q̄ ſūt orões ſctōꝝ. Ex
ponit̄ ḡ. Jube hᶜ vota vl' ſup
plicatiões fideliū pferri p ma
nus.i. p miſteria angeloꝝ in
ſublime altare.i.ī eccl'iaȝ triū
phātē vl' ī plenā pticipatōeȝ
deitatis.qđ ē ſublime altare.
Uñ ſeq̄t̄.ī ꝯſpectu diuīe ma
ieſtatiſ tue. Ul' iube pferri hᶜ
id ē eccl'iaȝ militātē ī ſublime
altare.i.ī triūphantē. et h̄ fac
p man⁹ angeli.i.filij tui. Se
q̄tur. Et pſta.vt q̄tq̄t.ſ.fide
les ex hac altaris pticipatōe
ꝛc̄. Et hic p̄mo ſacerdos diſ
iūgit man⁹:et oſculat̄ altare ī
dextera pte. p qđ repſentatur
oſculū iude qđ dedit chriſto
cū ſurrexit ab orōe: ꝛ fit h̄ in
deteſtatiōeȝ ipi⁹ iude. Seq̄t̄.
ſacroſctm̄ filij tui corpus. et
hic facit crucē ſup hoſtiam.
Seq̄t̄.ꝛ ſanguinē.ꝛ h̄ fac ali
am crucē ſup calicē Seq̄tur.
ſūpſerim⁹ oī bñdictiōe celeſti
ꝛ gr̄a rpleamur. hic ſiḡt ſe añ
faciē. Crux ſup hoſtia deſiḡt
vincula q̄b⁹ alligatū fuit cor
pus chriſti. Crux ſup calicē
deſiḡt flagellū q̄ educt⁹ ē ſan
guiſ de corpe. Crux ſup faciē
deſignat ſputa ī facie chriſti.
vl' ſiḡnt iſte cruces ꝙ xp̄s ter
orauit.vel etiā qꝛ tria v̄ba di
xit ī cruce.p̄mū.pater dimit
te illis.ſcđm.ī man⁹ tuaſ.ter
ciū.vt q̄d dereliq̄ſti me.

Emento

etiā dñe famulorū
famularūq3 tuarū.
vbi petit̄ collatio gl'ie:ꝛ p̄mo
mortuis:poſtea viuis. Unđ
dicit.memēto dñe famulorū
famularūq3 tuaꝝ. Ubi ſci
endū ꝙ licȝ q̄dā mortui ſūt ī
celo.q̄dā ī iferno. ꝛ q̄dā ī pur
gatorio.tñ qꝛ nob̄ nō ꝯſtat đ
ſingul' in ſpēali. iō q̄ſi eſtimā
tes eos eſſe ī purgatorio ora
mus ꝓ oīb⁹.ideo dicim⁹ Me
mēto dñe ꝛc̄.q̄ nos p̄ceſſerūt
cū ſigno fidei.i.oñderīt aliqđ
ſignū fidei. puta habuerīt cō
tritōem vl' deuotōeȝ deceden
tes. Nā đ talib⁹ adhuc ē ſpes
Et dormiūt ī ſomno paciſ. i.
ſine pctō mortali. ſm Ber. đ
paratinis. Et dȝ hic fieri me
moria eodē mō ſic ſup. Prio
ꝓ ill' ꝓ q̄b⁹ ſpēalit̄ miſſa legit̄
vel q̄ in ſpēali memoria ſūt ti
bi ꝯmēdati. Scđo ꝓ pentib⁹
mortuis. Tercio ꝓ bñfactori
bus. Quarto ꝓ oīb⁹ fidelib⁹
defunctis. Non autē ꝓ inimi
cis ſm quoſdā. Et hoc dico
de illis de q̄bus certū eſt ꝙ ñ
reconciliati deceſſerūt. Quia
ꝓ illis nomīatim nō ē orādū.

ĩmo nec generaliter niſi ſub conditõe inquãtum ſũt ſuſceptibiles ſuffragij Seqˀr ſcḋa memoria. Ipis ⁊ oibꝫ i xp̄o reqeſcẽtibꝫ.i.in fide xp̄i qeſcẽtibꝫ.locũ refrigerij luc ⁊ pac vt indulgeas dep̄camur. Et nõ eſt opꝰ dicere ipis dñe. qꝛ p̄mittitur p̄us.memẽto dñe. Unde illud qḋ ſeqˀr.ſ.indulgeas refert ad illud dñe. aliˀr vnũ illoꝝ ſupfluerer. Et dic locuꝫ refrigerij Unde regnũ celoꝝ dicitur locuſ refrigerij reſpectu purgatorij q eſt locꝰ ardoris maximi ⁊ caloris. qꝛ ſm Aug. ibi ẽ pena maior q̄ʒ aliq̄ q p̄t excogitari in mũdo. Dicit etiã locũ lucis.qꝛ purgatoriũ eſt locꝰ obſcuritatis. Dicit etiã locũ pacis.qꝛ purgatoriũ eſt locus inqetudis. quia nunq̄ʒ aie habent paceꝫ nec qetem. nõ ſicut qdam fingunt dicentes eos feria ſcḋa qeſcere.aliqui ꝟo dñico die. q oia ſunt friuola ac inſana.⁊ ſacris ſcp̄turis ꝯria. Seqtur. Nobis qꝫ pctõribuſ.vbi petit glie collatõꝫ viu:s. Primo enim petit collatõem eiuſdem glie. Scḋo glie ſocietatẽ cum ſctis aplis. Tercõ ponit mediatorẽ p quẽ hoc expeq poſtulat dicens. p dñm ⁊c.

Circa primũ nota q̄ ſacerdos dicẽs iſta verba eleuata modicũ voce tundit pectꝰ ſuum p quod interrũpit ſilẽtiũ. ſignificans p hoc cõfeſſioneꝫ ⁊ contritõem latronis penitẽtis in cruce. q increpans aliũ dixit. Nos qdem.ſ.tãq̄ʒ pctõres digna factis recipimus. Unde ſacerdos dicit. nobis quoq̄ʒ pctõribꝫ famulis tuis de multitudie miseratõnũ tuarũ ſperãtibus.ſ.ſicut ille latro ſperauit. Percuſſio autẽ pectoris ſignificat illam tunſionẽ pectoris illoꝝ q aderãt ad ſpectaculũ paſſiõis chriſti.et pcutiẽtes pectora reuertebanˀr in hierlm. Exaltatio ꝟo crucis ſignificat clamorẽ centuriõis dicentis. Uere filiꝰ dei erat iſte. Seqˀr Partẽ aliquã et ſocietatẽ donare digner. Licꝫ tñ deꝰ ſit ſimplex nõ habẽs p̄tes. tñ dicit p̄tem aliquã.p̄pter h̄ qꝛ qlibet ſm meritũ habebit diuine faciei viſionẽ.ita q̄ vnꝰ alio pfectiꝰ videbit deũ. vel qꝛ ſcti videbunt deũ totũ. nõ tñ totaliˀr. id ẽ nõ ſm omnes modos qbus eſt viſibiˀl.quia eſt infinitus.⁊ cum cõprehendi ñ poſſit:ḡ quaſi partẽ dabit nobiſ. Totaliter autẽ non eſt comp

henſibilis deus niſi filio ſuo
q̄ eſt in ſinu ſuo: vt dr̄ Joh. i.
Seq̇r̄. cū Johāne. ſm̄ Ber̄.
de parātinis. ſ. Johe bapti-
ſta. Et p̄fert̄ ſtephano. nec mi
rū. q2 et apl'is p̄fert̄. Adiūgit̄
ſtephano. q2 iſti duo erāt pri
mi martyres noui teſtamenti
Innocētius tn̄ dicit ꝙ hic re
petit̄ Johes euāgeliſta ꝓpter
priuilegiū virginitatis. q2 ꝟ
gines ſequunt̄ agnū q̄cunq3
ierit. Ante vero conſecratōe3
ponit̄ ꝓpter priuilegiu3 apo
ſtolatus. Sed credit Bern̄.
ꝙ meli⁹ intelligatur de bapti
ſta q̄ ꝓpt̄ excellētiā ſingl'aris
ſctītatis nō d3 excludi a cano
ne. Poſtea ponunt̄ duo apl'i.
ſcilic3 matthia ꝛ barnaba. q̄
ideo poſt cōſecratōe3 ꝛ nō an̄
ponunt̄. q2 iſti poſt aſcēſiōe3
dn̄i fuerūt electi. Deīde poni
tur Ignacio. de q̄ legit̄ ꝙ cū
eſſet deuot⁹ chriſto ꝛ btē ꝟgi
ni poſt ei⁹ mortē inuētū ē hoc
nomen ieſus aureis lr̄is ſcri-
ptū ī ſuo corde ī oīb9 ꝑtibus.
Ponunt̄ aūt q̄nq3 martyres
poſt mortē chriſti ꝓpt̄ quīq3
vulnera chriſti Itē ꝓpt̄ ſeptē
dona ſpūſſcti ponūt̄ ſeptem
virgines ibidē q̄ ſequūt̄. Se
quit̄. Nō eſtimator meriti. q2
n̄ ſm̄ exigētiā meritoꝝ retri
buis: ſ3 magis p̄miādo q̄3 q̄ſ-
q3 meruit. Deinde ꝯcludit̄. ꝑ
chriſtū dn̄m noſtꝝ. Et nō di
cit̄ amen. q2 ſm̄ doctores illō
rn̄dent angeli. q2 fit ꝯtinuatō
ad p̄cedentia. vn̄ ſtatim ſeq̇r̄.
in cui⁹ ꝟtute hoc petim⁹. cū
dr̄. ꝑ quē. ſ. xp̄3 h̄ ſacr̄m hab3
originem q̄ ad pl'a. Et p̄mo q̄
ad eē nature. vn̄ dr̄. creaſ. Se
cūdo q̄ ad eē ſacri. vn̄ dr̄. ſcti
ficas. Tercio q̄ ad eſſe ꝟtutſ.
vn̄ dr̄. viuificaſ. Quarto quo
ad effectū gr̄e q̄ eſt vita anīe.
vn̄ dr̄. bn̄dicis. Quinto q̄ ad
augmētū gr̄e eiuſdē. Et q̄3 tū
ad oꝑatōem et vſum. vn̄ dr̄. ꝛ
p̄ſtas nobis. Eſt g̊ ſenſus. ꝑ
quē. ſ. chriſtū tu deus pr̄ oīa
bona creas ꝯdendo naturā.
viuificas ꝯſubſtanciādo na-
turā. bn̄dicis accumulādo gr̄-
tiam: ꝛ p̄ſtas q̄ntu3 ad vſum.
Oīa enī creata ſunt ꝑ chriſtū
Joh. i. Oīa ſctīficant̄. quia a
plenitudine ei⁹ accipiunt vni
uerſi. Oīa viuūt. q2 ip̄e eſt vi
ta. Joh. xiiij. Oīa bn̄dicūtur
quia ip̄e eſt bn̄dict⁹ fructus
ventris. Lu. i. Et aliq̄ dicūt
ꝑ quē hec oīa dn̄e ſemꝑ bona
creas. Et eſt ſenſus. hec oīa
ſc3 panē et vinum et aquā cre
as ſm̄ cauſas primordiales:
ꝛc. ſanctificas ſcd̄um cauſas

54

ſacramẽtales. viuificaſ vt trãſ ferãt in corp⁹ xpi ꝛ ei⁹ ſangui nẽ. Et iõ bñdicis vt nos per ipa bñdicamur. Scđm alioſ h̃ ꝓnomẽ hec nõ ponit ibi. i quo ſeq̃nda ẽ ꝯſuetudo eccle ſie. Seq̃t. ꝛ p̃ſtas nobis. vbi ſacerdos remouet corꝑale ď calice. ad denotãdũ ꝙ chriſt⁹ emiſit ſpm̃. ꝛ velũ tẽpli ſciſſũ eſt. et apta ſunt nobis abſcon dita i lege myſteria. Accepta q̃z hoſtia dicit. et p̃ſtas nobiſ ꝑ ip̃m. ſ. tãq̃ȝ mediatorẽ. ꝛ hic fac̃ vnã crucẽ ꝑ totũ os caliсȷ ꝓcedẽdo vltra calicẽ. Vñ dic̃ Et cũ ip̃o. Et hic facit mino rẽ crucẽ. ſ. a labio caliсȷ ad ali ud. Poſt hoc dicit. Et in ip̃o ꝛ hic fac̃ adhuc mĩorẽ crucẽ. ſcȝ ĩ calice. Tandẽ ſubdit. eſt tibi deo p̃ri oĩpotẽti. vbi ite rũ facit magnã crucẽ ſuꝑ pri mũ labiũ calicis. ĩcipiẽdo ab extremo calicis labio v̾ſus ſe ip̃m. Deĩde ſubĩfert. in vnita te ſp̃ũſſancti oĩſ honoꝛ ꝛ gl̃ia ꝛ hic facit paruã crucẽ in pe dem calicis. Eſt aũt ſenſus v̾ boꝝ. ꝑ ip̃m tãq̃ȝ mediatoreȝ. cũ ip̃o tãq̃ȝ cũ eq̃li. ꝛ in ip̃o tã q̃ȝ in ꝯſubſtãtiali. Vl̃ h̃ ſign̾t tres ꝑſone ſctẽ trinitatis. vn de patri attribuit auctoritaſ. vñ dicit ꝑ ip̃m. filio eq̃litas. ideo dr̃. cũ ip̃o. ſp̃ũiſctõ ꝯmũi taſ: iõ dr̃. in ip̃o. Signa vero crucis tria ꝑus facta ꝑ illa v̾ ba. ſctificas ꝛc̃. que fiũt cooꝑ to calice ſign̾t tres crucifixio nes ſ̾m tho. Naȝ hora tercia crucifixus ẽ linguis iudeoꝝ clamantiũ: crucifige ꝛc̃. Ho ra ſexta manibꝫ gentiliũ: vt di cit Johes. Hora nona emi ſit ſpiritũ. Et qꝛ poſt interual lũ triũ horaꝝ chriſt⁹ crucifi xus ẽ manibꝫ gẽtiliũ. cũ mili tes crucifigerẽt ieſum. iõ iteꝝ ſacerdos facit treſ cruces ſuꝑ calicẽ diſcooꝑtũ ſuꝑ trib⁹ v̾ bis. ſ. ꝑ ip̃m: cũ ip̃o: ꝛ in ipſo. deſignans illã crucifixionẽ q̃ facta eſt poſt tres horas inter poſitas inter terciã ꝛ ſextam. Quia v̾o ibi fuit diuiſio cor pis ꝛ anĩe: iõ iteꝝ facit duas cruceſ vt di[illegible]tum eſt. Vel ſ̾m Guil̾. manitiũ. tres cruces. ꝑ illa v̾ba ꝑ ip̃m ꝛc̃. ſignificant fidẽ cẽturiõis q̃ credidit vnũ deũ in trinitate. Due v̾o alie ſignificãt duo ſacramẽta que fluxerũt ď latere chriſti. vicȝ aqua regeneratõis baptiſmi ꝛ ſanguis redẽptõis generis hũani. Vl̾ ſignãt q̃nq̃ȝ cruci atus chriſti. añ mortẽ tres. ſ. alapaſ: ſputa ꝛ flagella. ĩ mor te crucifixionẽ: ꝛ poſt morteȝ

later' aptõe3.q̄rta vero ſignat aĩe a corpe ſepatõe3. q̄nta de ſcẽſu3 in limbū. Seq̄r. p oĩa ſecl'a ſecl'orum.qđ deb3 dici alta voce. S3 an̄q̄ h̄ dicař ponatur reuerẽter hoſtia an̄ calicẽ in ſuo loco . Et tūc ſtatim debet coopiri calix.q̄ facto dr.p oĩa ſecl'a ſecl'orum. Et h̄ alta voce ad deſignãdū q̄ chriſt⁹ clamãs alta voce emiſit ſpiritū. Et rn̄deř amẽ ad ſignificãdū clamorẽ mľierum lamẽtãtiū dominū .vnde et tunc chor⁹ lamentabiliter rn̄det

Quita ps p̄ncipal' miſſe.

O Remus

p̄cept' ſalutarib⁹ rc̄. Hic ponit ſacramẽti pceptionẽ. Circa quã p̄mittūř mľte p̄patões.ſ.tam generales .vt ſūt pr̄ nr̄ rc̄. q̄z ſpẽales.vt alie orões. Dicit g̃ Oremus p̄ceptis ſalutarib⁹ moniti Circa qđ ſciendu3 q̄ hec orõ p̄us nõ dicebař in miſſa :ſed Gregori⁹ fecit ea3 dici.q2 n̄ fuit dignū eã obmittere ĩ h̄ officio cū ſit nr̄i ſaluatoris. Greci aūt nõ p ſacerdotẽ ſ3 p ſe clamãt eam in miſſa. Apud nos vero ſacerdotes. et h̄ cū magna reuerẽtia .vn̄ q̄ſi nõ p̄ſumẽs ſubito ſubrũpe ĩ eam p̄mittit p̄fationẽ dicens. Orem⁹ p̄cept' ſalutarib⁹ moniti.nõ ſimpľr. nõ nr̄a autoritate vľ temeritate:ſ3 p̄ceptis ſalutarib⁹ moniti.p̄ceptiſ .ſc3 dn̄i.r monitis.ſ.mgr̄i noſtri. q̄ ſunt ſalutaria.i.ad ſalutem diſponẽtia.formati.i.iſtructi intus r exteri⁹. Et diċ formati. q̄ ĩformatio ſig̃t ſolū extẽriorem doctrinã. Ad oñdendu3 aūt q̄ nos ſum⁹ a deo formati.i.inſtructi int⁹.ſ.in intẽtõe. r extra.i.ĩ opatõe.iõ dicit.audem⁹ dicere.q.d.ex q̄ habem⁹ p̄ceptū et monitõne3 de iſta orõe dicẽda. r ex q̄ illa orõ eſt ↄpoſita p illū q̄ errare nõ põt ideo audem⁹ cū fiducia dicere. Diciř aūt alte. q2 chriſtus palã p̄dicauit. Uel ſm Ioh̄. beleth. q2 ſūpta ẽ đ euãgelio quod eſt p̄dicãdū ſup̄ tecta.r etiã omni creature .Diċ etiã ſacerdos ſol⁹ in fine amẽ.ſub ſilentio. Cui⁹ rõ eſt:q2 in aliĳſ orõib⁹ amen exp̄mit affectū optantis.ideo a ppľo vľ a clero diciř. in hac autẽ amẽ ſig̃t ↄcluſionẽ affirmantiſ. vn̄ hic valet tm̄.i .exaudita eſt orõ. S3 ne hoc videař p̄ſumptuoſe aſſerere:dicit amen ſub ſilentio ad euitandū oſtentatiõnem ppriã Seq̄tur oratio

55

